Digitized by Google

XXIV. 89

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
1
19 -D
2

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTATIONES LAERTIANAE.

Digitized by Google

c/217

IGNATII ROSSII

COMMENTATIONES

LAERTIANAE



ROMAE ANNO MDCCLXXXVIII.

EX OFFIC. ARCHAN. CASALETTI.

Digitized by Google

IGNATIO BONCOMPAGNIO
CARDINALI
D. N. PII VI. PONT. MAX.
ADJUTORI
A NEGOCIIS PUBLICIS

IGNATIUS ROSSIUS.

QUUM illud mihi semper fuerit persuasum, rerum eruditarum commentaria, quae alicujus viri principis nomine inscripta in

lu-

Digitized by Google

lucem proferri solent, iis tantum inscribi oportere, qui cum generis claritate aut dignitatis amplitudine parem ſapientiae doctrinaeque laudem conjungant: cui potissimum hunc meum libellum, qui modo in publicum prodit, donandum atque dicandum censerem, non diu sane multumque dubitavi. Statim namque tu mihi, IGNATI VIR EMINENTISSIME, occurristi; itaque me prima tui species ac cogitatio cepit, ut alium praeterea quaerendum

mihi non esse statuerem. Nobilissimo enim genere natus, amplissimis muneribus perfunctus, nunc denique in altissimo honoris gradu collocatus; non majorem tamen his amplitudinis ac splendoris insignibus, caeterisque virtutibus tuis, quae magnae in te semper ac eximiae fuerunt, quam eruditione ac sapientia, gloriam existimationemque es consequutus. Mirantur omnes quidem tuam in republica administranda vigilantiam, sedulitatem, sollertiam, con-

stan-

Digitized by Google

stantiam, sagacitatem, in suscipiendis difficillimis negotiis animi alacritatem ac magnitudinem, prudentiam in agendis, celeritatem in expediendis. Sed illa tamen scientiae ac doctrinae commendatio insignior fortasse atque ad nominis immortalitatem illustrior, certe rarior ac prope singularis mihi semper visa est. Neque enim in una aliqua disciplina ac facultate praestare atque excellere voluisti; sed omnium paene magnarum rerum atque artium

co-

cognitionem, eamque nec communem nec mediocrem tibi comparasti. Caeteri tui similes principes viri, si qui doctrinae amore ac desiderio ducuntur, singuli fere in singulis artibus elaborarunt, praeclare secum agi existimantes, si ejus rei, cui studuissent, magnam quamdam vim atque copiam essent adepti. Tu vero omnia animo complexus es, nec tibi naturaeque tuae sapientiae appetentissimae satis te facere posse putavisti, nisi omnia ferme, quae qui-

dem scitu digna essent, teneres atque pernosceres. Magna quidem dico, sed tamen nec ignota, nec majora veris; ut, dum haec dico, iis, qui te norunt, velle me tibi aſſentari tuamque aucupari gratiam, videri non poſſim. Excellens in te graecae latinaeque linguae intelligentia; multa poëtarum, hiſtoricorum, rhetorum cognitio; legum peritia non vulgaris; temporum, rerum geſtarum, omniſque antiquitatis mira quaedam comprehenſio; philoſophiae vero

etiam ac mathematicae ſcientia tanta, quantam fere, qui in his plurimam operam ac ſtudium poſuerint, habere poſſunt. Teſtes appello tot viros eruditione praeſtantes, quos tibi amicos ac familiares eſſe vis, quibuſcum, quodcumque a gravissimis reipublicae occupationibus tibi relinquitur temporis, libentissimè conſumis. Audivi enim eos interdum mirantes, te in omni ſermone, quicumque inciderit, incidunt autem frequentiſſime de omni ſcientia atque doc-

trina , tam copioſe tamque erudite verſari , ut ejus rei, quae in medium venit, non levi quadam notitia tinctus, ſed plena cognitione inſtructus videaris. Idque eo mirantur magis , quod quum te a prima juventute, perpetua maximorum munerum procuratione diſtentum fuiſſe ſciant, quae te otioſum eſſe numquam ſinerent, quidnam temporis tibi potuerit ſupereſſe ad tantam tamque multiplicem doctrinam adipiſcendam animo concipere non possint.

Sed

Sed nimirum eximia quadam ingenii vi ac magnitudine id adſequutus es, ut quae caeteris fere impedimentum objicere ac moram in ſtudiorum curſu ſoleant afferre, tibi plerumque ad intelligendum facilia ac expedita eſſent; ut quibus diſcendis non parvam alii vitae partem conſumerent, tibi perbreve tempus ad eadem pernoſcenda ſufficeret. Memini ego te ab ineunte aetate philoſophiae operam dantem in magno ingenioſiſſimorum adoleſcientium numero, cun-

ctis perinde ut generis ſplendore, ſic iſta ipſa ingenii laude antecellere: interdum etiam audiſſe te in doctorum hominum conſeſſu diſputantem eo mentis acumine eaque dicendi facilitate atque copia, ut mirarentur omnes, ac qualis eſſes futurus, quum ad maturam aetatem perveniſſes, quantoſque progreſſus in litteris facturus, quantum denique decoris atque ornamenti a te ſperare reſpublica poſſet, jam tum ab illis initiis augurarentur. Itaque quae poſtea eve-

ne-

Digitized by Google

nere, ut tantus vir tamque ſapiens evaderes, tantumque ob iſtam ſapientiam tuam tibi nomen comparares, multis forſan, qui te antea non noverant, mira; ſed mihi certe, etſi magna atque praeclara visa ſint, non tamen nova nec inexpectata acciderunt. Ad tantam ingenii praeſtantiam tibi a natura tributam acceſſit etiam induſtria tua ac diligentia ſingularis. Audivi hoc etiam de te: quum Bononienſem provinciam tot annos praetoria poteſtate admi-

ni-

niſtrares, tamen in tanta vitae occupatione nullum unquam te diem praeterire paſſum eſſe, quo non aliquid ſtudii litterarum tractationi dares: itaque nunc etiam, poſtquam PIUS VI. in publicis negotiis procurandis adjutorem te ſibi eſſe voluit, eodem erga doctrinas amore incenſus, quicquid tibi datur, graviſſimis curis excepti, ſubſecivi temporis, id totum, quemadmodum mihi, quibus tu familiarius uteris, teſtificati ſunt, aut lectioni commentationi-

que

que aut eruditis ſermonibus impendis.

Habes, IGNATI, PRINCEPS AMPLISSIME, ſane juſtiſſimas cauſſas, quae me, ut hunc libellum tibi inſcribere exoptarem, maxime impulerunt. Doctus ac ſapiens es; ac quum caeterarum artium ac diſciplinarum, tum potiſſimum philoſophiae cognitione excultus: Itaque nullum tibi munus gratius atque acceptius, quam aliquid de doctrina atque ſapientia, ac praeſertim de philoſophis ac

philoſophia ſcriptum fore putavi. Illud modo a te etiam atque etiam peto, ut hoc munusculum, teſtimonium mei judicii de te, ſignum obſervantiae erga te meae benigne ac libenter accipias; utque eruditis omnibus benevolentiam tuam, gratiam ac patrocinium impartiris; ita me, non quidem eruditum, ſed tamen eruditionis ac doctrinæ cupidissimum, complecti ac tueri velis. Perexiguum eſt ſane, quod offero, ſi vel ex ſui tenuitate, vel ex tua digni-

tate spectetur : verum, qua ſapientia es, non quid amplitudini tuae conveniat, ſed quid a me praeſtari poſſit, expendes. Illud interea mihi magnopere gaudere ac gratulari poſſum, quod hi commentarioli mei tibi dicati atque inſcripti in vulgus prodeant; nec enim fieri poterit, ut tuo nomine inſigniti a quoquam contemnantur. Si vero etiam, a te perlectos, judicio tuo, vir ſapientiſſime, probaveris; eoſque non indignos, qui ab aliis quoque legantur, cenſuris; hoc

idem de his caeteros doctos atque ſapientes judicaturos eſſe, iisque non omnino diſplicituros confido.

PRAE-

PRAEFATIO.

Primum hunc ſtudiorum meorum fructum habe, qui legis, commentariola ad Laertium, de rebus nonnullis, quae commentatione digna viſa ſunt. Ea partim in mendis, quae ejus libris inhaerent, corrigendis verſantur: partim difficilibus, & obſcuris quibuſdam locis lucem adſpergunt: partim denique eorum, qui eoſdem libros illuſtrare aut interpretari ſtuduerunt, caſtigandis ac coarguendis erroribus tributa ſunt. Enim vero parva haec, opinor, ac levia videri poſſint, ſi cum tot doctorum hominum, Menagii vel maxi-

xime , copioſiſſimis eruditiſſimiſque commentariis conferantur . Verumtamen non illa a te omnino contemtum iri , nec ingratum ſore tibi hunc meum laborem ac injucundum confido ; vel quod aliquam haec quoque Laertio ac veterum philoſophorum hiſtoriae ac ſcitis opem adferre valeant ; vel quia , quantulacumque tandem habeantur , quicquid in his eſt , id non ab aliis acceptum , ſed nunc primum , quantum equidem credo , a me animadverſum prolatumque fuerit .

Neque vero hoc mihi tribuo , neque illud induſtria mea praeſtitisse me puto , ut omnia prorſus , quae emendari , aut declarari oportebat , virorum-

Digitized by Google

rumque eruditorum ſollertiam ac diligentiam fugerant, correxerim atque explicaverim. Plura enim ſunt ad intelligendum ſane difficilia, in quibus haerere atque ambigere me non diffiteor: plurima certe non ſana, quibus ſtudio ac conjectura mederi nullo modo potui: multa etiam, de quibus etſi aliquid dicere potuiſſem, non id tamen hujuſmodi videbatur, ut hoc qui legerent, omnino probaturos ſperarem.

Equidem in hanc rem veteres libros adire atque adhibere ſtatui, ut ea, quae ingenio ſanare non valuiſſem, iſtorum auxilio reſtituerem: tum ut illa etiam ipſa, quae me recte emendaſſe exiſtimabam, eorum-

rum-

nunc certe ad id, quod mihi propoſui, ut vitioſa, quae ſunt, aut depravata corrigerem, nihil omnino conferrent. Utinam vero in aliquem vetuſtum codicem, iis expertem maculis, quibus caeteri infecti ſunt, incidere datum fuiſſet; quod tamen poſt tot, etiam antiquiſſimos, a doctis viris inſpectos, tantamque in his conquirendis adhibitam curam ac diligentiam, prope deſperandum eſt: tum certe Laertium, quem corruptiſſimum habemus, hujus ope nitori ac integritati ſuæ reſtitutum, denuo in lucem proferre, operæ pretium putarem; idque maximæ utilitatis ac commodi litteris atque omni doctrinæ futurum crederem. At vero ſi eum,

 qua-

qualis vulgo circumfertur, meis commentariolis ſubjectis, nova editione in publicum emittendum curaſſem, quod tamen aliqui a me poſtulabant; nemo prudens hoc meum conſilium ac voluntatem laudaret: quivis enim libentius has commentationes meas, ſi non omnino inutiles viderentur, ſeorſum a Laertiano opere, facili ſumptu ſibi compararet; quam aliud ejusdem operis, quod toties vulgatum, jam in omnium eſt manibus, exemplar nihilo purius ac emendatius coëmeret, ne additamento hoc noſtro, paucis videlicet chartis, carere cogeretur.

Jam de ipſo Laertio, deque hoc ejus opere, graeciſque ac latinis ejusdem editionibus verba facere nihil ati-

tinet; quum hæc, præter illos, qui ad eum commentati ſunt, Alb. Fabricius in bibl. gr. lib. 4. cap. 19. erudite, ut ſolet, ac diligenter expoſuerit. Aliquid mihi tantum de editione omnium celeberrima, quae, curante M. Meibomo, anno 1692. facta Amſtelodami eſt, quam potiſſimum præ oculis habui, quamque numeris ab eodem Meibomo diſtinctam in his commentationibus ſum sequutus, omnino dicendum exiſtimo. Laudatur ea quidem paſſim omnium pæne eruditorum vocibus, ac veluti pulcherrima atque emendatiſſima numeriſque omnibus abſoluta ad cælum effertur. Quorum opinionem atque judicium ut omnino deſpicere ac conte-

temnere non auſim, amplecti id tamen ac probare nullo modo poſſum. Fateor equidem, ejus editionis librum omni munditia politiſſimum, pulcherrimis nitentem litteris, ornatum elegantiſſimis multorum philoſophorum imaginibus, purum etiam fere eſſe ab iis mendis, quæ operarum inſcitiæ ac negligentiæ tribui ſolent. At vero ſi utilitatis potius, quam elegantiæ ac leporis ratio habeatur; eaque ſpectentur, quæ a doctis ac ſapientibus in editis libris maximi fieri ac æſtimari conſueverunt, quam plurimis vitiis affectum ac inquinatum pronuntio.

Ac primo quidem quum binas Laertii latinas interpretationes habeamus, primam ab Ambroſio, alteram ab

ab Aldobrandino, Ambroſianam Meibomus heic edi voluit poſthabita Aldobrandiniana; quum tamen illa, etiam a Brognolo recognita, incompta ac fere barbara: hæc autem valde ſcita atque elegans & aurea illa latini ſermonis ætate plane digna. Quamquam vero & in Aldobrandiniana non pauca errata inſint, pluraque habeantur a Laertii mente ſenſuque prorſus aliena; multo tamen etiam in hac parte rectior atque emendatior, quam Ambroſiana eſt. Perlegiſſe ſe eam quidem diligenter atque expendiſſe, & alia ex iſtis ſe probaſſe, multa emendaſſe ac correxiſſe Meibomus profitetur. Sed dubium mihi eſt, an is tanto ſtudio ac diligentia meliorem, an

vero

vero potius deteriorem fecerit, ac utrum plura ſint menda, quae ſuſtulit, an quibus auxit, ea nempe, quae recte fuerant ab Ambroſio expoſita, ſaepe depravans. Atque hoc quidem, quod in multis offenderit, quod ſaepius erraverit, in Ambroſio minus mirandum; qui & illa aetate vixerit, quum jacerent ſtudia doctrinae, & primus Laertio, multo etiam ante quam graece in publicum proferretur, manum admoverit. Meibomum vero quis non miretur in ea litterarum luce, quique Laertium, tum ab Aldobrandino pereleganter explicatum, tum aliorum opera, ſane doctis ac laborioſis commentationibus illuſtratum prae oculis haberet, tam caecum fuiſ-

ſe;

Digitized by Google

ſe, ut ne ea quidem videret, quae hi ad ejus ſcriptoris mentem percipiendam contulerant, adeo ut omnia fere interpretationis vitia, ſive a summo viro Is. Caſaubono, ſive ab eruditiſſimo Menagio, ſive ab aliis ſapientibus indicata, omnia, inquam, fere in Meibomiana editione reperiantur, praeter illa, certe non pauca, quae ipſi de ſuo addere libitum eſt.

Jam ad graeca quod attinet, non diſſimilis mihi ſententia eſt: neque enim ea ſunt libris antea editis, ſive Stephanianis, ſive Aldobrandinianis emendatiora; quin potius corruptiora ac depravatiora mihi videntur. Ea quidem frequentius a Meibomo exhibita, ut a Stephano fuerant in lucem pro-

prolata (nam falſò a cæteris cum VVetſtenio in præf. ed. Laert. Romanos libros plerumque ſequutus dicitur) niſi quando ei Aldobrandinianam, ſeu Romanam ſcripturam Stephanianae ſubjicere ac ſubſtituere placuit: quod pluries fecit pro eo, quo erat præditus, ingenii acumine, quum Stephaniana integra ac incorrupta, Aldobrandiniana autem prava atque mendoſa eſſet. Tametſi vero nonnulla ab eruditis Laertii enarratoribus caſtigata emendaverit; multo tamen ſunt illa plura, ab ipſis animadverſa, quod idem de latina interpretatione dictum eſt, quæ, ut erant vitioſe ac corrupte edita, iterum iiſdem cum vitiis ac maculis in lucem emiſit.

Qui-

Quibus ubi addideris, quæ is magno numero, nullo veteri codice auctore, præſertim in decimo, quo maxime gloriatur, libro corrupit; jam & græcum Laertium, nihilo meliorem, quàm antea eſſet, a Meibomo factum, ſed omnino pejorem ac mendoſiorem habebis.

Ac de emendationibus ſane, Laertiano operi ab ipſo Meibomo ex ingenio ſuo adhibitis, illud mihi vere adfirmare poſſe videor, quod tamen legentibus mirum ac paene incredibile accidet, nullam ex tam multis a me reperiri potuiſſe, quæ apta atque idonea eſſet: omnes contra partim vanas ac futiles, plerumque vitioſas ac pravas fuiſſe deprehenſas. Qua quidem

dem in re eo minus venia dignus eſt, quod in his ipſis, quæ attigit, non, quod caeteri ſolent, & vero etiam omnes debent, ſi quidquam in antiquis ex ingenio mutaverint, ut legentes de eo, quod fecerint, admoneant; idem hic ſibi faciendum judicaverit: ſed, tamquam quæ ipſi in mentem venerant, certa ac manifeſta eſſent, ut nemini aliter credere aut cogitare liceret, pleraque eorum, nulla ſignificatione addita, pervertit: ita ut, ſi quis Stephanianis aut Aldobrandinianis libris careat, quibuscum a Meibomo vulgatum Laertium conferre ac comparare queat, ſaepe is falſa pro veris, corrupta pro integris, Meibomiana pro Laertianis ac-

accipere atque amplecti cogatur.

Scio equidem alios, certe non ineruditos, longe aliter de Meibomo ejuſque Laertiana editione ſentire. Verum ſi iidem librum, quem dico, attentius legerint atque animum adverterint, facile mihi aſſenſuros exiſtimo. Neque enim ego, aut ullo in hominem odio affectus, aut caſu ac temere in hanc ſententiam veni; ſed poſtquam non mediocrem diligentiam adhibuiſſem, omniaque examinaſſem ac perſpexiſſem. Satis ſuperque erit haec mea tantum inſpicere; ut ex iis, quae coarguam, Meibomi erratis, de cæteris multo ſane pluribus, quæ ſilentio praetermittam, conjecturam facere poſſint. Multa enim certe,

 te,

te, ſive Meibomi, ſive aliorum, qui Laertii libros explanarunt, aut interpretati ſunt, peccata mihi neceſſario omittenda, ne infinitus eſſem, fuere. Itaque ſelectione quadam in his commentationibus uti, melius ac ſatius eſſe duxi: ut ea nempe, quæ graviora, aut intellectu difficiliora crederem, ſive in quibus novi aliquid aut elegantioris proferre poſſe viderer, ea mihi potiſſimum ad explicandum aſſumerem; caetera vero lectori ipſi animadvertenda ac cognoſcenda relinquerem.

In his, quae hactenus, aperte atque ingenue, ut mea natura fert, de Meibomi opere expoſui, nudam Laertii hiſtoriam tum græcam tum latinam

ſpe-

ſpectavi; eamque peſſime ab eodem Meibomo habitam ac mire depravatam jure merito dixi. Perdocta enim ſapientum virorum commentaria, a VVetſtenio ſubjecta, neque ſunt vitarum Laertii pars, & ad opus Meibomi, quod in iis emendandis atque explicandis poſitum eſt, nihil omnino pertinent. De variantibus vero duorum antiquorum codicum, Cantabrigenſis, inquam, ac Arundelliani, lectionibus, quæ in calce voluminis 2. Meibomianæ ſeu VVetſtenianæ editionis ſunt, hoc puta: has fere, ſi illæ excipiantur, quae eaedem in aliis veteribus libris repertae, jam ad Laertium adnotatæ fuerant, haud alicujus momenti habendas: quaſque ex

his

his delegit Meibomus, ut in ipſam Laertii orationem inſereret, utique eas non eſſe, quas doctus ac ſapiens aliquis, ſi ei id muneris fuiſſet impoſitum, potiſſimum delegiſſet.

Hæc de Laertio meiſque in illum commentationibus habui, quae præfarer. In quibus, ſi nonnulla quædam, certis aliorum ſcriptorum locis illuſtrandis tributa, identidem reperientur: ea qui legent, aequi bonique faciant: vel enim utilitatis, vel etiam varietatis alicujus cauſſa interſperſa ſunt.

IM-

IMPRIMATUR

Si videbitur Rm̃o P. Sac. Pal. Apoſt. Magiſtro.
Fran. Xaverius Paſſeri Viceſg.

AUCTORITATES CENSORUM.

JUſſu Reverendiſſimi Magiſtri Sac. Palat. Apoſtol. legi librum, qui inſcribitur - *Ignatii Roſſii Commentationes Laertianae* = Nihil quidem in eo deprehendi, quod Fidei boniſque moribus refragaretur: imo plane ita omnia ſumma elegantia, acerrimo judicio, omnigena eruditione, & praeſtabili doctrina in eodem pertractata animadverti, ut litteratos homines, maxime, qui graecas litteras profitentur, mirifice juvare poſſit, & delectare; Itaque hoc eſto judicium meum, ab his docti viri edendis laboribus praeclaram Reipublicae litterariæ acceſſionem factum iri

Datum Romæ ex Monaſt. S. Stephani ſupra Cacchum XII. Kalendas Maii 1788.

D. Benedictus Abbas Bartoloni Sacræ Theologiae Profeſſor.

Com-

Commentationes Laertianas a viro Docto Ignatio Roſſio exaratas juſſu Reverendiſſimi P. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri Thomæ M. Mamachii legi, nihilque sacrosanctis dogmatibus aut chriſtianis moribus adverſum reperi; immo pleraque omnia magno ſane ſtudio & ingenio elaborata; quae caſtigando Laërtio ejuſque interpretibus, illuſtrandaeque philoſophiæ ac philoſophorum hiſtoriæ plurimum conferunt:

Itaque e re eſſe publica puto, ſi typis vulgentur.

Ignatius De Portu Presb. Chius Phil. ac S. Theol. Doctor.

IMPRIMATUR

Fr. Th. M. Mamachius Ord. Præd. S. P. Ap. Magiſter.

ELEN-

ELENCHOS COMMENTATIONUM.

§. I.

AD SECT. XIII. PROOEM. LAERT.

De Philoſophiae originibus. Error Menagii ac Potteri notatur. Themiſtii locus exponitur. Pag. 1

§. II.

AD SECT. XVIIII. PROOEM. DIOG. LAERTII.

De principe ſectae dialecticae. Eum Clitomachum Academicum non videri. Habendum potius Dionyſium Chalcedonium. Itaque pro Κλειτομαχος Καρχηδονιος, Διονυσιος Χαλκηδονιος Laërtium ſcripſiſſe, veroſimilius. 7

§. III.

AD SECT. XVIIII. ET XX. PROOEM. LAERT.

An Pyrrhonea ſecta haereſis ſit dicenda necne. Corruptiſſimus Laërtii locus reſtituitur. Ac primo quidem pro Ασαφειαν legitur Αφασιαν: cujus nominis ratio traditur. Tum alia menda tolluntur. 10

§. IIII.

AD SECT. XXX. LIB. I. IN THALETE.

De eo, qui Apollinem interrogavit, quis ſe eſſet ſapientior. Ο δ' ερωτησας ην Αναχαρσις, expungitur. Alia ex vita Myſonis declarantur. 16

§. V.

AD SECT. LVII. LIB. I. IN SOLONE.

De recitatione Homericorum carminum ex lege Solonis. Μαλλον ην Σολων Ομηρον εφωτισεν, η Πεισιστρατος, ſubdititia videri. 18

§. VI.

AD SECT. LX. ET LXI. LIB. I. IN SOLONE.

Epigramma Solonis de annis, quibus hominis vita definienda eſt, exponitur et emendatur. 21

§. VII.

AD SECT. LXVII. LIB. I. IN SOLONE.

Epiſtola, quae a Solone ad Croeſum ſcripta fertur, expurgata. 23

§. VIII.

AD SECT. CII. LIB. I. IN ANACHARSIDE.

Anacharſidis dictum quomodo interpretandum ſit. 25

§. VIIII.

AD SECT. VI. LIB. II. IN ANAXAGORA.

Timonis carmen prave a Meibomo redditum. Illuſtris de Anaxagora locus ex Ariſtotele, non intellectus, explanatur. 26

§. X.

AD SECT. VIIII. LIB. II. IN ANAXAGORA.

Quid ſint, Οι διαττοντες. 30

§. XI.

AD SECT. XV. LIB. II. IN ANAXAGORA.

De Anaxagorae ſepulcro inſcriptoque epigrammate. Aeliani verba, quae difficiliora putantur, enodata. 31

§. XII.

AD SECT. XXXXII. LIB. II. IN SOCRATE.

Quo modo, Εποιησε μυθον Αισωπειον, ſcriptum de Socrate, accipere oporteat. 34

§. XIII.

AD SECT. XXXXVIII. LIB. II. IN XENOPHONTE.

Laërtii ſententia de Socrate Xenophonti occurrente aperitur. *ibid.*

§. XIIII.

AD SECT. LXXXV. LIB. II. IN ARISTIPPO.

De Eliaca Secta ad Cyrenaicam comparata. Non per-

perceptum locum Laërtii ac vitiatum ab Is. Caſaubono ac Menagio fuiſſe. Erratum Aldobrandini. 36

§. X V.

AD SECT. CXXXXI. LIB. II. IN MENEDEMO.

De Menedemo apud regem Demetrium accuſato. Διαβαλειν pro Διαβλεπειν legendum. 40

§. X V I.

AD SECT. XX. LIB. III. IN PLATONE.

Annicerim pecunia ad ſe a Dione miſſa pro redemptione Platonis, hortulum huic in Academia emiſſe. Caſtigatur Meibomus. 42

§. X V I I.

AD SECT. XXVI. LIB. III. IN PLATONE.

De mendaciis Platonis. Athenaei locus emendatur. 44

§. X V I I I.

AD SECT. LXXIIII. LIB. III. IN PLATONE.

Platonis opinio de aſtris. Ejuſdem verba ex Epinomide expoſita. Serranus ac Ficinus notati. 45

§. X V I I I I.

AD SECT. LXXXXVIIII. LIB. III. IN PLATONE.

Της Ευτυχιας Platonica definitio traditur: in qua Κατορτων pro Κατ' ορθον ſupponitur. 49

§. X X.

AD SECT. CVII. LIB. III. IN PLATONE.

Quid ſit Εγγραμματος & Αγραμματος φωνη. 50

§. X X I.

AD SECT. CVIII. LIB. III. IN PLATONE.

De abſolutis et relatis. Explanatur ac corrigitur Laërtius. 51

§. X X I I.

AD SECT. III. LIB. IIII. IN SPEUSIPPO.

Speuſippum phthiriaſi non obiiſ-

obiiſſe. Laërtii carmina illuſtrantur. Alia, Πλȣταρχος φησιν εν τω Λυσανδρȣ βιω και Συλλα φθειρσιν εκζεσαι αυτον, adulterina videri. Unde ſint, ac quid ſibi velint, inquiritur. M. Caſaubonus plectitur. Aliquid de eorumdem carminum metro additum. 53

§. XXIII.

AD SECT. XVII. ET XVIII. LIB. IIII. IN POLEMONE.

De Polemonis conſtantia ac duritia. Laërtii ſententia declaratur. Ejus interpretum, tum etiam Stanleyi ac Bruckeri negligentia perſtringitur. 60

§. XXIIII.

AD SECT. XXX. LIB. IIII. IN ARCESILA.

Laërtius corrigitur ac una cum Arceſilae epigrammate, Τηλȣ μεν etc. explicatur. Quid de Καδαυαδη ſentiendum. 63

§. XXV.

AD SECT. XXXIII. LIB. IIII. IN ARCESILA.

Verſus Timonis de Arceſila quomodo legendi ac intelligendi ſint. 68

§. XXVI.

AD SECT. XXXVIIII. XXXX. XXXXI. XXXXII. LIB. IIII. IN ARCESILA.

Eumenem regem Philetaero genitum non fuiſſe. Pauſaniae locus emendatus ac expoſitus. Pro Αδελφȣ δε legendum Αδελφιδȣς δε. Impugnantur Romulus Amaſaeus, Sylburgius, Loëſcherus. τȣ Προσφωνειν nova quaedam ſignificatio indicatur. Tum de Εκαϛοτε aliquid. ȣκ Επετυχε, quo forſan referendum. Interpretum ac Menagii errores quidam. Adduntur Laërtii emendationes duae. 72

§. XXVII.

AD SECT. XXXXVIIII. LIB. IIII. IN BIONE.

Dictum Bionis declaratur. Laërtius ex ingenio corrigitur. 81

§. XXVIII.

§. XXVIII.

AD SECT. LII. LIB. IIII.
IN BIONE.

De Archyta muſico. Quo ſpectent carmina Bionis. Quid, της Υπατης εριδος, ſignificet. *ibid.*

§. XXVIIII.

AD SECT. XI. LIB. V. IN ARISTOTELE.

Verſus Theocriti Chii prave explicatus. Suidas a doctorum reprehenſione defenſus. Quo ſenſu ſcripſerit, Εν δε τοις τȣ Ιππωνακτος ϛιχοις ιαμβειοις. Carmen, Ευνȣχος ων και δȣλος ηρχεν Ερμιας, emendatur. Notatur αβλεψια Kuſteri. 83

§. XXX.

AD SECT. LXXXI. LIB. V.
IN DEMETRIO.

Quid ſit περι Δεȣς, de quo Demetrius Phalereus ſcripſit. Holſtenius, Menagius, Kuhnius refutati. 88

§. XXXI.

AD SECT. XVIII. LIB. VI.
IN ANTISTHENE.

De Diogene ad Antiſthenem ingreſſo narratiuncula explanatur: in qua και Τοτε pro και Ποτε legendum oſtenditur. 90

§. XXXII.

AD SECT. XX. LIB. VI.
IN DIOGENE.

De oraculo, quod Diogeni redditum eſt. Laërtii locus exponitur; idemque ab Is. Caſaubono, Gaſp. Barthio, Aegid. Menagio corruptus, vindicatur. Kuhnius ac Laërtii interpretes reprehenſi. 91

§. XXXIII.

AD SECT. XXIII. LIB. VI.
IN DIOGENE.

De Diogene ſtatuas nivibus conſperſas amplexante: ubi Συναπτων pro Συνεχων ſubjicitur. 95

§. XXXIIII.

AD SECT. LXXII. LIB. VI.
IN DIOGENE.

De

De opinione Diogenis, communes eſſe feminas oportere. Pro τον Πεισαντα τη Πεισαση, ſcribendum τον Παντα τη Παση. 96

§. XXXV.

AD SECT. LXXVII. LIB. VI. IN DIOGENE.

De morte Diogenis. Νυσταλος in locum Νυκταλος ſubſtituendum videri. Suidas caſtigatur. 97

§. XXXVI.

AD SECT. LXXXXI. LIB. VI. IN CRATETE.

Cratetis in veſtitu negligentia. Rejecta Kuhnii emendatio quaedam. Pro Ανεπιτρεπτευντα ſubditur Ανεπιστρεπτευντα: cujus verbi vis et notio indicatur. 99

§. XXXVII.

AD SECT. XXVI. ET XXVII. LIB. VII. IN ZENONE.

Quid ſit Απυρος τροφη, qua uſus Zeno perhibetur. Meibomus refellitur. Verſus Philemonis illuſtrantur. Grotius ac Io. Clericus reprehenſi. Οι δε Ποσειδιππȣ non eſſe a Laërtio. 101

§. XXXVIII.

AD SECT. LXVIII. LIB. VII. IN ZENONE.

Quid ſit pronunciatum Διαφορȣμενον: quid conſtans ex αξιωματων Διαφεροντων ex Stoicorum ſententia. Kuhnii erratum detegitur: a quo etiam vitioſus Laërtii locus vitioſior factus. Idem ſanatus. Quid συλλογισμος Διαφορȣμενος, additum. 104

§. XXXVIIII.

AD SECT. LXXIIII. LIB. VII. IN ZENONE.

De veritate ac falſitate effati cauſſalis. Laërtii locus explicatus. Pro Ανακολȣθον, Ακολȣθον repoſitum. Suidas a Kuſtero depravatus. 108

§. XXXX.

AD SECT, LXXVI. LIB. VII. IN ZENONE.

De reciprocatione enunciationum. Αλληθων pro Αλληλων, et Αντιστροφαι pro Αν-

Αντιϛροφα legi oportere. Quid ſit, Περι ὧν εν τῳ Πλατει λεγομεν, declaratur. Laërtii interpretes caſtigantur. 110

§. XXXXI.

AD SECT. LXXII. LIB. VII. IN ZENONE.

Syllogiſmi Περαντικοι ac Απεραντοι qui habendi ſint. Scribendum, Ου μαχεται, in Laërtio, non Μαχεται. Reprehenditur H. Stephanus. 112

§. XXXXII.

AD SECT. LXXXIII. LIB. VII. IN ZENONE.

Τȣ Λογικȣ ſenſus duplex apud Stoicos. Laërtii locus a latinis interpretibus praviſſime acceptus, ac peſſime habitus a Kuhnio ac Mer. Caſaubono, aſſeritur ac enodatur. 115

§. XXXXIII.

AD SECT. LXXXV. ET LXXXVI. LIB. VII. IN ZENONE.

Primam appetitionem a natura tributam non eſſe voluptatis: Naturam non ſibi diſſimilem eſſe in plantis atque animantibus ex opinione Stoicorum. Laërtii verba a prava Claudii Salmaſii correctione vindicata. Subjiciuntur duo loci e Simplicio ab eodem non percepti ac pariter depravati. 119

§. XXXXIIII.

AD SECT. LXXXVIII. LIB. VII. IN ZENONE.

De fine, qui eſt ſecundum Stoicos congruenter naturae vivere. Quomodo Laërtius ſit legendus. 134

§. XXXXV.

AD SECT. LXXXXIIII. LIB. VII. IN ZENONE.

Boni participes non eſſe, niſi ratione abſoluta praeditos. Mendum eſſe, Λογικȣ η ὡς λογικȣ: pro quo, Λογικȣ ὡς λογικȣ ſupponitur. 135

§. XXXXVI.

AD SECT. LXXXXVI. LIB. VII. IN ZENONE.

Quemadmodum Stoici mala partiantur. *των Κακιων* in *των Κακων* mutandum. 137

§. XXXXVII.

AD SECT. LXXXXVIII. LIB. VII. IN ZENONE.

Quid ſecundum Stoicos Περιπατησις. *ibid.*

§. XXXXVIII.

AD SECT. CXIIII. LIB. VII. IN ZENONE.

Definitio voluptatis expoſita. 140

§. XXXXVIIII.

AD SECT. CXXV. LIB. VII. IN ZENONE.

Sapientum eſſe omnia: ſtultorum tamen quaedam dici: quemadmodum domus, licet ea civitatis sit, aliquo tamen modo ejus etiam dicitur, qui illa utatur. Laërtius ex conjectura emendatur; ac pro *τον Αδικον* ſeu *των Αδικων* ſubditur *τον Οικον*. 141

§. L.

AD SECT. CXXXII. LIB. VII. IN ZENONE.

Panaetium, Boëthum, Poſidonium ac Babylonium Diogenem, immortalem eſſe mundum confeſſos. Philonis ſententia de Diogene, haud cognita Gelenio, Mangeyo ac Iuſto Lipſio, declaratur. Diogenem, de quo Philo, non eſſe Apolloniatem, ut a Mangeyo adſertum. Mendum e Philone ſublatum. 142

§. LI.

AD SECT. CXXXXVI LIB. VII. IN ZENONE.

De lunae defectibus. Correctus ac explicatus Laërtii locus. Specialiter, quid ſit, *Σεληνη κινυμενη κατα λοξυ, ὡς προς τον ἡλιον*: tum quid, *Ο ἡλιακος* et *Ο δια μεσων* proditum. 148

§. LII.

AD SECT. CXXXXVII. LIB. VII. IN ZENONE.

Quae ſit *τυ Διος* ac *τυ Ζηνος* vis ac ratio ſecundum Stoicos. Pro, *Δι ἐν τα παντα*, melius videri, *Διιοντα παντα*. Forſan, *Η δια*

Η δια τȣ ζην κεχωρηκε additititia eſſe. Eadem qu. ſpectent. Locus Platoni de ſignificatione της Ηρα enodatur: tum alter Athenagorae non diſſimilis. Quaedam εκ τȣ μεγαλȣ Ετυμολογικȣ declarantur ac emendantur. 153

§. LIII.

AD SECT. CLX. LIB. VII.
IN ZENONE.

Προς τα μεταξυ ſcribendum loco Προς τι μεταξυ. 158.

§. LIIII.

AD SECT. CLXXXIIII. LIB. VII.
IN CHRYSIPPO.

Ομοιον, pro Οἰον, ſubjicitur. 159

§. LV.

AD SECT. CLXXXXVIII. LIB. VII
IN CHRYSIPPO.

Libri cujuſdam a Chryſippo compoſiti inſcriptio emendata. *ibid.*

§. LVI.

AD SECT. XXXXIIII. LIB. VIII
IN PYTHAGORA.

Laërtii epigramma de Pythagora enarratur. Ejuſdem emendator corrigitur. 160

§. LVII.

AD SECT. XXXXVI. LIB. VIII.
IN PYTHAGORA.

Αυτος εφα, quod in proverbio erat, de magno Pythagora dici coeptum. Locum Laërtii mancum eſſe. Quae deſunt, ex ingenio ſuppleta. Αυτων διδασκαλος ſubdititia eſſe. Ad Αυτος εφα, in margine libri primo appoſita. Etiam Αλειπτης, ὡς φασι τινες, aliena videri. 161

§. LVIII.

AD SECT. XXXXVII. LIB. VIII.
IN PYTHAGORA.

Απλȣν δε τȣτο, pro Απλȣν δε τȣτῳ, ſcribendum: tum etiam Ουισσοι, pro Ουησσοι. Interpretum halucinationes. 165

§. LVIIII.

AD SECT. LXI. LIB. VIII.
IN EMPEDOCLE.

Epigrammatis ab Empedocle com-

compoſiti; ab interpretibus vero non intellecti. ſententia panditur. 167

§. L X.

AD SECT. LXIII. LIB. VIII. IN EMPEDOCLE.

Potamilla ex Laërtio atque adeo e rerum natura tollitur. Laërtii locus commode explicatur. Noſtra de Potamilla conjectura, multo Kuhniana probabilior, proponitur. *ibid.*

§. L X I.

AD SECT. LXIIII. LIB. VIII. IN EMPEDOCLE.

Προβαινοντος τȣ ποτȣ quid ſibi velit. 169

§. L X I I.

AD SECT. IIII. LIB. VIIII. IN HERACLITO.

De morte Heracliti. Quid ſit Κατατεινομενον, oſtenditur: idque Tatiani teſtimonio comprobatur. 171

§. L X I I I.

AD SECT. VIII. LIB. VIIII. IN HERACLITO.

Quid de ortu rerum ſenſerit Heraclitus. *Τα παντα πυρος αμοιβην*, quomodo intelligenda ſint. Kuhnius refellitur. Laërtii verba nonnihil emendantur. 172

§. L X I I I I.

AD SECT. XVIII. LIB. VIIII. IN XENOPHANE.

De verſibus Xenophanis. Aldobrandini ac Meibomi notatus error; tum etiam Ger. Voſſii ac Menagii. An ſillos Xenophanes ſcripſerit. An iambos. Locus ex chronicis Euſebii correctus: ubi pro Ξενοφανης Τραγῳδοποιος, latine *ſcriptor Tragoediarum*, potius Παρῳδοποιος, *Paroediarum ſcriptor* legendum. De parodiis aliquid. An differant a ſillis. Menagius in Euſebio ſubſtituens *ſcriptor elegiarum* refutatur. Idem locus a Schurzfleiſchio inſigniter corruptus. Quid in Laërtio, Ερραψωδει τα ἑαυτȣ, demonſtrent. Bruckerus reprehenſus. 175

§. L X V.

AD SECT. XVIIII. LIB. VIIII. IN XENOPHANE.

Quo

Quomodo haec interpretan da. Συμπαντα ειναι νου κα φρονησιν. Erraſſe Baylium Bruckerum, Stanleyum Mer. Caſaubonum ac La ërtii interpretes. Qua fuerit Xenophanis de Dec ſententia. Aliae eorum dem, tum etiam Mena gii ac Kuhnii halucinatio nes. Και τα πολλα ηττο νε ειναι, quo pertineant Opinio ejuſdem Xenopha nis de anima exponitur Denique pro Εφη δε κα τα πολλα ηττω, potius Εφη δε κατα πολλα ηττω ſcriptum a Laërtio vide ri. 8

§. LXVI.

AD SECT. XXV. LIB. VIIII. IN ZENONE ELEATE.

Zenonem filium natura Te levtagorae, adoptione Parmenidis fuiſſe. Laërtii locus perpurgatus. 190

§. LXVII.

AD SECT. XXV. LIB. VIIII. IN ZENONE ELEATE.

Cur Zeno a Timone Αμφο τερογλωσσος dicatur. In terpretatio H. Stephan improbata. Verba Apuleii de eodem Zenonè, *Dictionem ambifariam diſſolverat*, quo referenda ſint. A Scipione Gentili et Florido; tum etiam ab ab aliis prave intellecta. 192

§. LXVIII.

AD SECT. XXVIIII. LIB. VIIII. IN ZENONE ELEATE.

Veroſimile non videri, argumentationem, quae Achilles vocatur, permultis tributam: a Zenone plures ejuſmodi concluſiunculas repertas: itaque a Laërtio ſcriptum, Ουτος και τον Αχιλλεα πρωτος λογον ερωτησε και αλλυς συχνυς. Haec autem, Φαβωρινος δε φησι Παρμενιδην, aliena eſſe. 195

§. LXVIIII.

AD SECT. XXXIIII. LIB. VIIII. IN DEMOCRITO.

De Xerse, qui a Democriti patre hoſpitio acceptus fuit. Emendatus Laërtius. 197

§. LXX.

§. LXX.

AD SECT. XXXIIII. ET XXXV. LIB. VIIII. IN DEMOCRITO.

Inepta quaedam ac ſubdititia indicantur. *ibid.*

§. LXXI.

AD SECT. XXXVI. LIB. VIIII. IN DEMOCRITO.

Locus Laërtii de cella, in quam Democritus ſe abdidit, horto cincta correctus. 198

§. LXXII.

AD SECT. XXXX. LIB. VIIII. IN DEMOCRITO.

Libros Democriti Platonem voluiſſe comburere. Corruptiſſimus Laërtii locus ſanitati reſtitutus, ac commode expoſitus. Is. Caſaubonum, Menagium ac Kuhnium id fruſtra conatos. 199

§. LXXIII.

AD SECT. XXXXV. LIB. VIIII. IN DEMOCRITO.

Thraſyllum Democriti libros certas in claſſes digeſſiſſe, quemadmodum Platonis κατα τετραλογιαν diviſerat. Laërtius Meibomo ac Aldobrandino, praeterea Stanleyo ac Bruckero non intellectus. 202

§. LXXIIII.

AD SECT. LXII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

Λαμπαδισται· qui fuerint. Meibomi, Stanleyi ac Bruckeri lapſus. 204

LXXV.

AD SECT. LXVIII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

De Numenio, altero Pyrrhoneo, altero Pythagorico. Origenis locus e libris contra Celſum declaratus. Ejus ſententiam Thuilliero, Spencero, H. Valeſio aliiſque non perceptam. τȣ Πρεσβευειν prolata ſignificatio. Pythagoricum Numenium multo magis Platonicae, quam Pythagoricae philoſophiae ſtudioſum fuiſſe. 205

§. LXXVI.

§. LXXVI.

AD SECT. LXXI. LIB. VIIII.
IN PYRRHONE.

Illud Chilonis, Εγγυα· παρα δ' ατα, Scepticorum dictis conſentaneum. Expoſitum το Βεβαιως και πεπεισμενως διεγγυασθαι. Quae Pyrrhoneorum Αποφασεις fuerint. Quid iiſdem Απροπτωσια. Quid Αρρεψια. Porti ac Kuſteri errores. 209

§. LXXVII.

AD SECT. LXXVII. LIB. VIIII.
IN PYRRHONE.

De effato Pyrrhoneorum, Παντι λογῳ λογον αντικεισθαι. Quomodo id impugnarent, qui Dogmatici vocantur. Quid his Sceptici reponerent. Verba Laërtii de Dogmaticis accepta, ad Scepticos referenda eſſe. 213

§. LXXVIII.

AD SECT. LXXVIIII. LIB. VIIII.
IN PYRRHONE.

De decem Scepticis locis. Laërtii verba corrupte edita facile ſanantur. Is. Caſauboni ac Kuhnii emendationes rejectae. Locus a Meibomo corruptior factus. 216

§. LXXVIIII.

AD SECT. LXXX. LIB. VIIII.
IN PYRRHONE.

De ſecundo Sceptico loco. Erratum Aldobrandini. Laërtii ſententiam non perceptam, ac depravatam a Menagio fuiſſe. 217

§. LXXX.

AD SECT. LXXXVIII. LIB. VIIII.
IN PYRRHONE.

De vitioſo circulo, qui dicitur. Correctus ac explicatus Laërtii locus. 220

§. LXXXI.

AD SECT. LXXXX. LIB. VIIII.
IN PYRRHONE.

An Aeneſidemus motum adſeruerit. Menagium halucinatum eſſe. Pravae Ambroſii ac Meibomi interpretationes. 222

§. LXXXII.

§. LXXXII.

AD SECT. IXXXXII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

De Protagorae ſententia, Παντων χρηματων μετρον εστιν ανθρωπος. Laërtius quomodo legendus ac accipiendus ſit. 226

§. LXXXIII.

AD SECT. LXXXXIII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

Argumentum Pyrrhoneorum proponitur. Laërtii loco vitioſe edito medicina adhibetur. 228

§. LXXXIV.

AD SECT. LXXXXVI. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

Qua ratione ſignum non eſſe in iis, quae cadunt in ſenſus, efficerent Sceptici. Emendatus Laërtius. Menagii παροραμα. 229

§. LXXXV.

AD SECT. CV. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

De viſis imaginibus quae dicerent Pyrrhonei. Εικονα male Ambroſium ac Meibomum *ſtatuam* vertiſſe. Εισοχας et Εξοχας, *quae recedunt* ac *eminent* latine dixiſſe Quintilianum. Eadem ſententia Tullium *eminentias* et *umbras* uſurpaſſe. Εξομολογησεις recte Aldobrandinum, prave cum Ambroſio Meibomum interpretatos. 231

§. LXXXVI.

AD SECT. CVIII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

Τα φαινομενα non eſſe judicium veritatis; ea quippe μη ειναι κατα αληθειαν, αλλα μονον κατα δοξαν, ex Democriti opinione. Laërtii verba, quae a Kuhnio depravata, enarrantur. Mendum e Sexto ſublatum. Denique et illa, ὡς απο τȣ πυργȣ η στρογγυλȣ η τετραγωνȣ, expoſita. 233

§. LXXXVII.

AD SECT. CVIII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

Ad id, quod ajebant, qui dogmata tuentur, Scepticos

ticos ita vivere, ut patrem laniare non recuſent, hos ita reſpondere ſolitos, ſe nihil decernere de quaeſtionibus, quibus dogmata explicantur: non autem de iis, quae ſervanda in vita ſunt. Mendoſior, ac obſcurior locus, correctus ac declaratus. Poſtrema, Τινες δε και την απαθειαν etc. quo referenda ſint. Opinio Aeneſidemi ab Ariſtocle tradita, a Vigero male explicata. 238

§. LXXXVIII.

AD SECT. CXII. LIB. VIIII. IN TIMONE.

De Timone Phliaſio ac Timone τῳ μισανθρωπῳ. Verba Laërtii ad Phliaſium a doctis relata, ad eum, qui μισανθρωπος vocitatus eſt, omnino pertinere defenditur. Laërtii obſcuritas ac negligentia notatur. Menagii halucinatio detegitur. Suidas, ab eodem vitiatus, non incommode exponitur. 244

§. LXXXVIIII.

AD SECT. I. LIB. X. IN EPICURO.

De morte Alexandri M. ac defectione Athenienſium ſub Perdicca. Laërtii locus valde perſpicuus: a Meibomo tamen, Aldobrandino, Kuhnio ac Gaſſendo non intellectus. 251

§. LXXXX.

AD SECT. V. LIB. X. IN EPICURO.

Epicuri minus pudica, nec omnino a Meibomo, Kuhnio ac Gaſſendo percepta, ſententia aperitur. Pro αυτη παραινειν, ſcribi in Laërtio oportere, αυτην περαινειν. Quid Περαινειν exprimat. Particula ὡς, quae in alienum locum irrepſerat, in ſuum reſtituta. Eadem male a Gaſſendo ejecta. 252

§. LXXXXI.

AD SECT. XVI. ET XVII. LIB. X. IN EPICURO.

Ex Epicuri teſtamento quaedam, a Gaſſendo interpolata, ac tum ab eo tum etiam ab aliis haud probe converſa, explanantur, ac ad verbum de graeco expreſſa exhibentur.

tur. 254

§. LXXXXII.

AD SECT. XXXXIIII. ET XXXXV. LIB. X. IN EPICURO.

Atomos colore deſtitutas eſſe. Laërtium a Gaſſendo male habitum. Eorum maxime, Αυτη δ' ἡ φωνη, τουτων παντων etc. ſignificationem ac vim, nec eidem Gaſſendo, nec caeteris comprehenſam. Eadem a Kuhnio ineptius explicata. 258

§ LXXXXIII.

AD SECT. XXXXVIII. XXXXIX. L. LI. LIB. X. IN EPICURO.

De imaginibus, quae ex Epicuri opinione e corporibus perpetuo fluunt. Και γαρ ῥευσις απο της των σωματων συνοχης, correcta. Ρευσις .. ουκ επιδηλος σημειωσει δια την ανταναπληρωσιν σωζουσα την επι του στερεμνιου θεσιν και ταξιν των ατομων επι πολυν χρονον, contra Gaſſendi ac caeterorum interpretum ſententiam declarata. Quid ανταναπληρωσις. Quid αἱ συςασεις εν τῳ περιεχοντι οξειαι ſint. Alia emendata ac expoſita. Res externas nonniſi per hujuſmodi imagines formam ſuam in animis noſtris conſignare poſſe. Verba, Ου γαρ αν αποσφραγισαιτο τα εξω την εαυτων φυσιν etc. illuſtrantur. Meibomi ſtupor. Legendum videri, ὡς τυπων τινων .. ὁμοχροουντε και ὁμοιομορφων pro απο χροων τε. Gaſſendi inſulſa emendatio, ὁμου μορφων. Rerum formas, in animis, per imagines, impreſſas rebus ipſis omnino ſimiles eſſe. Facili negotio explicata haec, Ειτα δια ταυτην την αιτιαν του ἑνος και συνεχους την φαντασιαν αποδιδοντος, uſque ad εγκαταλειμμα του ειδωλου, quae doctis haud cognita ac percepta. Gaſſendus Laërtii atque Epicuri corruptor caſtigatur. Quomodo intelligendum ſit επιβλητικως, vel κατ' επιβολην. Quid ſit το εξης πυκνωμα. Quid εγκαταλειμμα του ειδωλου contra eundem Gaſſendum aperitur. Omnia viſa eſſe vera. In quo falſitas conſiſtat. Το δε ψευδος και το

το διημαρτημενον εν τω προσδοξαζομενω αει εϛιν επιμαρτυρηθησεσθαι etc. purgata ac fuſius expoſita. Alia Gaſſendi errata. Ejus in Laërtio pervertendo ac interpolando audacia. Ioachimi Kuhnii ac ejuſdem Laërtii interpretum halucinationes haud negligendae. Της φανταϛικης επιβολης, ac της διαληψεως demonſtrata ſignificatio. Similitudine viſorum, quae falſa dicuntur, cum veris, omnia viſa vera eſſe confirmatum. Η τε γαρ ὁμοιοτης των φαντασμων, οιονει εν εικονι λαμβανομενων etc. enodata ac latine reddita. Eadem non intellecta caeteris. A Gaſſendo inſigniter depravata. Obſcuriori cuidam loco, Ει μη ην τινα και ταυτα προς ὁ βαλλομεν, quae potuit, allata lux. Quid ſint τα λοιπα κριτηρια. Denique quid επιμαρτυρησις ac αντιμαρτυρησις etc. planum fit Sexti verbis: In quibus A. Fabricii interpretis duo ſane gravia peccata notantur. 262

§. LXXXXIIII.

AD SECT. LII. ET LIII. LIB. X. IN EPICURO.

Auditionis ſenſus quomodo efficiatur. Illuſtrata ex epiſtola Epicuri nonnulla, quae a Meibomo, Kuhnio, ac Gaſſendo prae caeteris, male habita ac deformata fuerant. 296

§ LXXXXV.

AD SECT. LVI. LIB. X. IN EPICURO.

Atomorum magnitudines non eſſe tantas, ut ſenſibus ſubjiciantur. Vitioſus ex Epicuro locus facile ſanatus ac latine redditus. Idem a Gaſſendo ac Meibomo mendoſior factus. Ab Ambroſio interprete inepte converſus. 300

§. LXXXXVI.

AD SECT. LXIII. LIB. X. IN EPICURO.

De animae natura eaque parte potiſſimum, in qua ineſt ſentiendi ac cognoſcendi vis, ex Epicuro diſputatum. Interpretum caeterorum, ſed Gaſſendi vel maxime, errores reprehenſi. Quî anima ab Epicuro apud Laërtium triplex ponatur, quae ab aliis

ex ejuſdem philoſophi opinione quadruplex dicitur. 301

§. LXXXXVII.

AD SECT. LXVI. LIB. X. IN EPICURO.

Partem animae, quae caret ratione, toto corpore fuiſſe ab Epicuro diſtributam, rationis compotem in pectore collocatam. Παρεσπαρθαι, in antiquis codicibus repertum, recte ſe habere contra Gaſſendum oſtenditur. 306

§. LXXXXVIII.

AD SECT. CXXXI. ET CXXXII. LIB. X. IN EPICURO.

Cujuſmodi voluptatem finem eſſe diceret Epicurus. Correctio quaedam Laërtio adhibetur. Meibomi tarditas ac imperitia caſtigatur. 307

§. LXXXXVIIII.

AD SECT. CXXXII. LIB. X. IN EPICURO.

Emendatus Laërtius. Lectum διδασκουσης pro διδασκουσαι: tum Σοφιας τιμιωτερον Φρονησις, pro Φιλοσοφιας τιμιωτερον. Quid Σοφια; quid Φρονησις ſit. Epicurum prudentiam pluris, quam ſapientiam feciſſe. Pleroſque tamen ſapientiam prudentiae praſtare velle. Laërtius a Meibomo corruptus. 309

§. C.

AD SECT. CXXXXVIIII. LIB. X. IN EPICURO.

De opinione, quam Epicurus habuit de Diis. Emendatus Cicero duobus locis. 313

§. C I.

AD SECT. CXXXX. LIB. X. IN EPICURO.

Non poſſe jucunde vivi, niſi honeſte juſteque vivatur. Locus vitioſe editus, quem fruſtra Gaſſendus, Kuhnius, Meibomus reſtituere tentarunt, nitori ſuo redditus. 316

§. C I I.

AD SECT. CXXXXII. LIB. X. IN EPICURO.

Decla-

Declaratur Epicuri ſententia: Si quotieſcumque ineſſet in nobis voluptas, eadem coacervaretur, eſſetque in toto corpore ac cunctis ſenſibus, nullas voluptatum differentias fore. Laertii interpretes, Kuhnius, Gaſſendus, Meibomus graviter caſtigati. Pro Οδον, Ολον ſuppoſitum. Quid, ὅλον το αθροισμα, ſignificet; quid, τα κυριωτατα μερη της φυσεως. Epicurum velle, ſummam voluptatem eſſe, non dolere, ſed in caeteris voluptatum diſcrimen ponere, contra Gaſſendum ac Menagium demonſtratur. M. Tullius a Meibomo reprehenſus. In quo ejus inſcitia ac loquacitas irridetur. Ejuſdem error puerilis. Το φοβουμενον in Epicuro *timorem* denotare. Id Gaſſendo ignoratum. 317

Plus apud me vera ratio valebit, quam vulgi opinio.

Cicero Paradox. I.

Digitized by Google

COmmentari ad Laërtium aggredior, ipsum operis ordinem ac rationem sequutus. Id enim mihi Laërtii libros lecturis multo commodius est visum, quam, si, quae edisserere mihi proposueram, certa ad genera referrem. Habeant vero semper, qui ista adibunt, illos prae oculis volo, etiam ut haec, quae caeteroquin obscura interdum viderentur, melius atque facilius percipiant.

§. I.

AD SECT. XIII. PROOEM. LAERT.

De Philosophiae originibus. Error Menagii ac Potteri notatur. Themistii locus exponitur.

Φιλοσοφίας δὲ δύο γεγόνασι διαδοχαί.

Ista quidem Laërtius. At vero Eusebius praepar. evang. lib. 10. cap. 4. pag.

 471.

471. tres philosophiae origines fuisse docet: Πρωτη δ'εκ της τυτυ διαδοχης ἡ κληθεισα Ιταλικη συνεςη φιλοσοφια, της επωνυμιας εκ της κατα την Ιταλιαν διατριβης αξιωθεισα· μεθ' ἡν ἡ απο Θαλυ τυ των επτα σοφων ἑνος, Ιωνικη προσαγορευθεισα. κἀπειτα ἡ Ελεατικη Ξενοφανην τον Κολοφωνιον πατερα επιγραφομενη. Sic etiam Clemens Alexandrinus, cujus locum ex stromat. 1. pag. 352. edit. Venet. recitat Menagius.

Sed et quatuor omnino a Themistio censeri idem Menagius heic, ac ad Clem. Alex. Potterus arbitrati sunt; quum is nempe orat. 26. pag. 318. edit. Hard. inquit, Τεως δε τριχη διεςατο, μαλλον δε τετραχα· και χωρις μεν ησαν αἱ Ιταλιωτιδες Μυσαι, χωρις δε αἱ Σικελικαι, χωρις δε ὁ χορος των Ιαδων, αἱ μεν τα θειω μαθητευυσαι, αἱ δε ὑπερ της φυσεως μεριμνωσαι· τυτων δε μακραν απεσκηνυν αἱ περι κακιας και αρετης. Verum iſta profecto nihil ad rem faciunt. Neque enim heic Themiſtius philoſophorum ſtirpes deſcribit; ſed certe loqui-

quitur de universae philosophiae partibus, quae quum antea seorsum singulae a singulis sapientum familiis excolerentur, Plato disjectas ac dissipatas primus in unum congregavit. Ait namque: Ος *πρωτος μεν σποραδην ουσαν φιλοσοφιαν ξυνῳκισε και συνηγαγεν, ὡς ὁ Θησευς τας Αθηνας. Τεως δε τριχη διεςατο, μαλλον δε τετραχα· και χωρις μεν ησαν αἱ Ιταλιωτιδες Μουσαι, χωρις δε αἱ Σικελικαι, χωρις δε ὁ χορος των Ιαδων, αἱ μεν τα θειω μαθητευουσαι, αἱ δε ὑπερ της φυσεως μεριμνωσαι· τουτων δε μακραν απεσκηνουν αἱ περι κακιας και αρετης· εν Αιγυπτῳ δε μονον εφιλοχωρει τα μαθηματα. Ταυτα ουν ἁπαντα ξυνηρμοσε πρωτον, ὡσπερ μελη ἑνος ζωου διερριμμενα· και συμπνοα εδειξε και ὁμοιοπαθη· και ουχ οἱον τε ἑν τι αυτων αποτεμοντα, μη ου κολοβον τε και εμπηρον εχειν*. Eádem sententia apud Eusebium praep. ev. lib. 11. cap. 2. Atticus Platonicus, *Τριχη τοινυν*, inquit, *διαιρουμενης της εντελους φιλοσοφιας εις τε τον ηθικον καλουμενον τροπον και τον φυσικον και ετι τον λογικον ...., ὁτι μεν Πλα-*

των πρωτος και μαλιϛα συναγειρας εις ἓν παντα τα της φιλοσοφιας μερη, τεως εσκεδασμενα και διερριμμενα, ὥσπερ τα τȣ Πενθεως μελη, καθαπερ ειπε τις, σωμα τε και ζωον ὁλοκληρον απεφηνε την φιλοσοφιαν, δηλα παντι λεγομενα. Et Apuleius de dogm. Plat. *Quamvis de diversis officinis haec ei* (Platoni) *essent philosophiae membra suscepta, naturalis ab Heracliteis, intellectualis a Pythagoreis, rationalis atque moralis ab ipso Socratis fonte; unum tamen ex omnibus et quasi proprii partus corpus effecit.*

Jam, ut ad locum Themistii me referam, Ionicae Musae, quas dicit, ad Thaletem ac própagatam ab eo philosophiam nullo modo pertinent: sed eae profecto doctrinae sunt, quas in Ionia Heraclitus, Siculae autem, quas in Sicilia tradidit Empedocles, uti jam est a Petro Petito miscell. observ. lib. 2. cap. 10. animadversum. Imitatur enim is illa Platonis in Sophista, Ιαδες δε και Σικελικαι τινες ὑστερον Μȣσαι, tom. 1. pag. 152. edit. Steph. Italicae porro Pythagoricam disciplinam demonstrant: quarum

rum has quidem, inquit, in rerum divinarum investigatione versari, illas vero, Heracliti scilicet ac Empedoclis, in contemplatione naturae: quibus postea accedentibus ταις περι κακιας και αρετης, *quae de vitio ac virtute agebant*, nempe Socraticis; denique mathematica scientia (quam ad philosophiam θεωρητικην revocat Themistius cum Aristotele magistro metaphys. lib. 6. cap. 1.) quatuor philosophiae genera, vel partes exsistunt, quas omnes, tamquam dispersa ejusdem animantis membra, Platonem collegisse ac composuisse docet.

Ubi illud, oportet, diligenter animadvertas, posquam Musas trifariam partitus est, in Ionicas, inquam, Siculas et Italicas, non tamen singulis, in quibus operam impenderent, singulas ex aequo philosophiae partes tribuere, sed theologiam Italicis, physicen vero unam Jonicis Siculisque Musis dare; ut sane dubium non sit, χωρις δε αἱ Σικελικαι, χωρις δε ὁ χορος των Ιαδων, ad orationis elegantiam et ornatum

 quem-

quemdam pertinere; planeque errare viros doctissimos Aeg. Menagium ac Jo. Harduinum, qui *τριχῃ διεςατο* ad *tergeminam sectam*, hoc est, Ionicam, Siculam ac Italicam referri arbitrantur: quum ad illa vel maxime spectent, *αἱ μεν τα θειω μαθητευσαι, αἱ δε ὑπερ της φυσεως μεριμνωσαι, αἱ δε περι κακιας και αρετης*, quae sunt tres loco id temporis dissitae philosophiae species, theologia nimirum, physice atque ethice; quibus multorum sententia universae philosophiae ratio continetur. Sed, quoniam Aristoteles, omni philosophia *εις την πρακτικην και την θεωρητικην*, hoc est, *in activam* et *contemplativam*, ut cum Seneca dicam, primum dissecta, ad activam *την ηθικην* retulerat, contemplativae autem tres partes ſecerat, *την φυσικην, την μαθηματικην και την θεολογικην*, quod metaphys. lib. 6. in ipso capitis primi titulo diserte legitur; ob hanc caussam, inquam, Themistius addidit, *μαλλον δε τετραχα*, ut ad tres illas, quae in communi partitione erant, quartam cum Aristotele ad-

adjungeret. Vide igitur, quantum fallatur Menagius, qui *μαλλον δε τετραχα*, *scioli cujusdam additamentum* esse putet.

§. II.

AD SECT. XVIIII. PROOEM. DIOG. LAERTII.

De principe sectae dialecticae. Eum Clitomachum Academicum non videri. Habendum potius Dionysium Chalcedonium. Itaque pro Κλειτομαχος Καρχηδονιος, Διονυσιος Χαλκηδονιος Laërtium scripsisse, verosimilius.

Ακαδημαϊκης μεν ουν της αρχαιας προεστη Πλατων, της μεσης Αρκεσιλαος, της νεας Λακυδης, Κυρηναϊκης Αριστιππος ὁ Κυρηναιος, Ηλειακης Φαιδων ὁ Ηλειος, Μεγαρικης Ευκλειδης Μεγαρευς, Κυνικης Αντισθενης ὁ Αθηναιος, Ερετρικης Μενεδημος Ερετριευς, Διαλεκτικης Κλειτομαχος Καρχηδονιος, Περιπατητικης Αριστοτελης Σταγειριτης, Στωϊκης Ζηνων Κιττιευς· ἡ δε Επικουρειος απ᾽ αυτου κεκληται Επικουρου.

Mirum profecto est, post tam multos philosophos, qui potissimum in dialecticis

floruissent, post tot ex Megarica disciplina, qui sibi dialecticorum nomen, veluti proprium, vindicassent, tanto post tempore dialecticae sectae auctorem Clitomachum Academicum exsistere; eaque interim de re litteram nullam in veterum libris exstare, ac ne Laërtium quidem ipsum in vita Clitomachi mentionem aliquam facere. Occurrit, pro Κλειτομαχος forsan a Laërtio scriptum Διονυσιος: de quo is in Euclide lib. 2. sect. 106. haec prodidit, Και οἱ απ᾽ αυτου (Ευκλειδου) Μεγαρικοι προσηγορευοντο, ειτ᾽ εριςικοι, ὑςερον δε διαλεκτικοι, οὑς οὑτως ωνομασε πρωτος Διονυσιος ὁ Καρχηδονιος, δια το προς ερωτησιν και αποκρισιν τους λογους διατιθεσθαι. Idem Dionysius supra dialecticus cognominatur sect. 98. lib. 2. Itaque eadem secta, quae ab Euclide Megarica primum dicebatur, postea ab Dionysio Euclidis sectatore dialectica vocari coepta est: quemadmodum, quae Eliaca a Phaedone, eadem Eretriaca subinde a Menedemo nomen habuit; de quo, ut heic, Ερετρικης Μενεδημος Ερετριευς, vere traditur, eodem

modo

modo de illo, Διαλεκτικης Διονυσιος Καρχηδονιος, recte dici potuit.

Quum porro uterque, Dionysius nimirum atque Clitomachus, Καρχηδονιος appellaretur, id opinor scribae librario, nescio quo casu, errorem obtulisse, ut heic pro Dionysio Clitomachum litteris consignaret. Quamquam Joan. Jonsius hist. phil. lib. 3. cap. 8. in illis Laërtii, quae ex lib. 2. sect. 106. modo recitavimus, Διονυσιος ὁ Καλχηδονιος legendum contendit propterea, quod Strabo doceat, Dionysium cognomento dialecticum e Bithynia fuisse, in qua Chalcedon erat sita. Verba Strabonis ex lib. 12. sunt hujusmodi: Ανδρες δ' αξιολογοι παιδειαν γεγονασιν εν τη Βιθυνιᾳ Ξενοκρατης τε φιλοσοφος και Διονυσιος ὁ διαλεκτικος. Tum vero et heic in prooemio scribi Χαλκηδονιος deberet; idque Ambrosius in antiquo codice, quo, dum Laërtium interpretaretur, usus est, facile reperit: vertit enim *Clitomachus Chalcedonius*. Sed Χαλκηδονιος et Καρχηδονιος saepe in libris permutantur, ut ad hunc locum Menagius.

§. III.

§. III.

AD SECT. XVIIII. ET XX. PROOEM. LAERT.

An Pyrrhonea secta haereſis ſit dicenda necne. Corruptiſſimus Laërtii locus reſtituitur. Ac primo quidem pro [illegible] legitur [illegible]: cujus nominis ratio traditur. Tum alia menda tolluntur.

Ιπποβοτος δ'εν τῳ περι αἱρεσεων εννεα φησιν αἱρεσεις και αγωγας ειναι· πρωτην Μεγαρικην, δευτεραν Ερετρικην, τριτην Κυρηναϊκην, τεταρτην Επικȣρειον, πεμπτην Αννικερειον, ἑκτην Θεοδωρειον, ἑβδομην Ζηνωνειον, την και Στωϊκην, ογδοην Ακαδημαϊκην την αρχαιαν, εννατην Περιπατητικην· ȣτε δε Κυνικην, ȣτε Ηλειακην, ȣτε Διαλεκτικην· την μεν γαρ Πυρῥωνειον ȣδ' οἱ πλειȣς προσποιȣνται δια την ασαφειαν· ενιοι δε κατα τι μεν αἱρεσιν ειναι φασιν αυτην, κατα τι δε ȣ. δοκει μεν γαρ αἱρεσις ειναι· αἱρεσιν δε λεγομεν, φασι, την λογῳ τινι κατα το φαινομενον ακολȣθȣσαν, η δοκȣσαν ακολȣθειν· καθ' ὁ ευλογως αν αἱρεσιν την Σκεπτικην καλοιμεν: ει δε αἱρεσιν νοοιμεν προ-

προσκλισιν δογμασιν ακολουθιαν εχουσιν, ουκετ' αν προσαγορευοιτο αἱρεσις.

Haec, την μεν γαρ Πυρρώνειον ουδ' οἱ πλειους προσποιουνται δια την ασαφειαν, sic interpretes Laërtii accepere, Pyrrhoneam sectam propter obscuritatem a plerisque ejectam ac repudiatam esse: itaque etiam litteratissimus Menagius intellexit, illaque Ciceronis subjecit; *Jam explosae ejectaeque sententiae Pyrrhonis, Aristonis, Herilli*. Sed profecto nihil attinebat, ubi de numero sectarum, quae apud Graecos constitissent, erat sermo, docere, Pyrrhonis institutum pluribus non probari: idque propter obscuritatem; quum et aliquae ex his, quae heic recensentur, disciplinae obscuriores Pyrrhonea fuerint; et ea ipsa non illam, opinor, ob caussam, obscuritatem, inquam, sed, quia quam maxime absurda abhorrensque a communi sensu ac consuetudine, ut inquit Tullius, *explosa* ac *ejecta* sit.

Corrigendus igitur hic est locus; ac pro ἀσαφειάν, meo quidem judicio, scribendum αφασιαν: quae vox, quum vulgo

esset

esset ignotior, cum alia valde simili ab indoctis librariis permutata est. Αφασια porro dicitur continentia a pronunciando; quod sane Pyrrhoneis receptum ac sollemne erat. Lege sis vicesimum caput lib. 1. Pyrrhon. hypot. quarum auctor Sextus, qui cognominatur Empiricus; ubi eadem vox Pyrrhoneorum usu ac sermone tritior diligenter explicatur. Hoc posito audi, ut locum Laërtii interpretandum putem: *Hippobotus vero novem tantum sectas ac disciplinas numerat: primam Megaricam, secundam Eretriacam, tertiam Cyrenaicam, quartam Epicuream, quintam Anniceream, sextam Theodoream, septimam Zenoneam, quae et Stoica, octavam Academicam veterem, nonam Peripateticam: Cynicam vero et Eli.cam et Dialecticam is quidem praeterit: nam Pyrrhoneam plerique non addunt* δια την αφασιαν, hoc est, *quia nihil adfirmet* (existimabant enim, αἵρεσιν esse non posse, quae dogmata non habet). *Nonnulli tamen ex parte sectam esse dicunt, ex parte negant:* quod statim Laërtius verbis a Sexto Pyrrhon.

Digitized by Google

rhon. hyp. lib. 1. cap. 8. acceptis declarat. Profecto, si locus attente perpendatur, quin is ita emendandus ac explicandus fuerit, dubitari non poterit.

Verum etiam reliqua correctione indigent: sunt enim *ασυστατα*, nec omnino sibi cohaeret oratio: certe illa *δοκει μεν γαρ αἱρεσις ειναι*, locum non habent; nec quae sequuntur, *αἱρεσιν δε λεγομεν, φασι, την λογῳ τινι :... καθ' ὁ ευλογως αν αἱρεσιν την Σκεπτικην καλοιμεν: ει δε αἱρεσιν νοοιμεν* etc., satis inter se congruunt. Nos ergo, paucis demptis, aut leviter immutatis, hoc modo restituimus: *Ενιοι δε κατα τι μεν αἱρεσιν ειναι φασιν αυτην, κατα τι δε ȣ δοκειν· ει μεν γαρ αἱρεσιν ειναι λεγομεν, φασι, την λογῳ τινι πατα το φαινομενον ακολȣθȣσαν, η δοκȣσαν ακολȣθειν, κατα τȣτο ευλογως αν αἱρεσιν την Σκεπτικην καλοιμεν. ει δε αἱρεσιν νοοιμεν* etc. Itaque pro illis, *κατα τι δε ȣ, δοκει μεν γαρ αἱρεσις ειναι· αἱρεσιν δε λεγομεν*, pono, *κατα τι δε ȣ δοκειν: ει μεν γαρ αἱρεσιν ειναι λεγομεν*, abjectis *αἱρεσιν δε*; quae, cre-

credo, ab inscito quopiam consulto sunt addita propterea, quod fortasse legens, *δοκει μεν γαρ αἱρεσις ειναι*, deinde *λεγομεν . . την λογῳ τινι . . ακολουθουσαν*; necessario, *αἱρεσιν δε λεγομεν . . . την* etc. scribendum judicaverit. Denique in locum *καθ' ὁ*, substituo *κατα τουτο*: quod facile potuit brevibus quibusdam notis, ex. gr. sic *κᾶ το͂*, ut saepe fieri a librariis solet, expressum, potuit, inquam, pro *καθ' ὁ* haberi. Quod modo de illis, *κατα τι δε ου. δοκει μεν γαρ αἱρεσις ειναι*, diximus, ita scilicet emendanda videri. *κατα τι δε ου δοκειν. ει μεν γαρ αἱρεσιν ειναι λεγομεν*: eo quoque, quem proxime commemoravimus, Sexti loco confirmatur, a quo Laërtius non sententiam tantum, sed etiam verba pleraque mutuatus est. Sic enim is, *Ει μεν τις αἱρεσιν ειναι λεγει προσκλισιν δογμασι πολλοις ακολουθιαν εχουσι . . φησομεν μη εχειν αἱρεσιν. ει δε τις αἱρεσιν ειναι φασκει την λογῳ τινι κατα το φαινομενον ακολουθουσαν αγωγην . . . αἱρεσιν φαμεν εχειν*.

Sed praestat haec ipsa, ut a nobis sanata

nata

nata ac emundata sunt, in latinum convertere. *Aliqui tamen, qua sectam* (Pyrrhoneam) *videri ajunt, qua negant. Si enim, inquiunt, sectam vocemus, quae certam quamdam visis congruentem rationem, vel sequitur, vel sequi videtur; ea parte Sceptica non immerito secta appellari potest: sin vero sectam intelligimus propensionem animi circa quaedam inter se nexa decreta, haud amplius secta nominari poterit; nec enim habet decreta.*

In corrigendo Laërtio praetermisimus *αγωγην*, quam post *αἱρεσιν λεγομεν, φασι, την λογῳ τινι κατα το φαινομενον ακολȣθȣσαν*, e Sexto addendam Is. Casaubonus et Aegid. Menagius judicarunt; nos enim minime necessariam duximus. Nam, quum *αἱρεσις* et *αγωγη* idem fere significent, ut apud Laërtium paullo ante, *εννεα αἱρεσεις και αγωγας ειναι*; seu scripseris *αἱρεσις ἡ λογῳ τινι ακολȣθȣσα αγωγη*, seu *αἱρεσις ἡ λογῳ τινι ακολȣθȣσα*, nihil interest. Quare etiam Suidas et Favorinus ex Laërtio: *Αἱρεσις· ἡ λογῳ τινι κατα το φαινομενον ακολȣθȣσα, η δοκȣσα ακολȣθειν.*

§. IIII.

§. IIII.

AD SECT. XXX. LIB. I. IN THALETE.

De eo, qui Apollinem interrogavit, quis se esset sapientior. Ο δ' ερωτησας ην Αναχαρσις, expungitur. Alia ex vita Mysonis declarantur.

Περι αυτȣ δη ταδε ανειπεν ὁ Πυθιος;
Οιταιον τινα φημι Μυσων' εν Χηνι γενεσθαι
Σȣ μαλλον πραπιδεσσιν αρηροτα πευκαλιμησιν.
Ο δ' ερωτησας ην Αναχαρσις.

Quî potuit hoc dicere Laërtius, *qui autem sciscitatus est, is Anacharsis fuit?* postquam istud ipsum de Chilone scripserat his verbis, Ον (Χειλωνα) πυνθανεσθαι τȣ Πυθιȣ, τις αυτȣ σοφωτερος; και τον ανειπειν, Μυσωνα, περι ȣ̔ λεξομεν:.. περι αυτȣ δη ταδε ανειπεν ὁ Πυθιος· Οιταιον etc. ut supra. Crede mihi, ὁ δ' ερωτησας ην Αναχαρσις, addititia sunt. Nam, quum Laërtius in vita Mysonis sect. 106. narret, a quodam traditum, petiisse ab Apolline Anacharsim, num quis se sapientior esset; hoc

hoc idem Graeculus, nescio quis, ad hunc locum notavit per illa, O δ' ερωτησας τις Αναχαρσις, minime attendens, Laërtium paullo ante ponere, id factum a Chilone. Postea vero a libri margine in mediam orationem translata haec quoque sunt, quemadmodum alia sane plurima: qua de re nos aliquid §. V.

Quae memoravimus ex vita Mysonis, sunt hujusmodi. Λεγεται δη προς τινος, Αναχαρσιδος πυνθανομενου, ει τις αυτου σοφωτερος ειη, την Πυθιαν ειπειν, ἅπερ προειρηται εν τῳ Θαλου βιῳ ὑπερ Χειλωνος,

Οιταιον τινα φημι Μυσων' εν Χηνι γενεσθαι
Σου μαλλον πραπιδεσσιν αρηροτα πευκαλιμῃσιν.

Sed dubium mihi est, an haec eruditi intellexerint; quum videam Ambrosium ac Meibomum prave interpretatos esse, *Fertur a quodam, Pythiam, cum ab Anacharside quaereretur, quis nam se esset sapientior, respondisse, ut de Chilone praediximus in Thaletis vita, Oetaeum* etc. Non enim, quod ait, λεγεται προς τινος, significat, referri a quodam, editum a Pythia illud ora-

culum fuiſſe, Οιταιον τινα φημι etc. hoc namque a multis proditum fuerat: verum hoc ſibi vult, aliquem ſcribere, 'illud reſponſum Anacharſidi redditum, quod plerique Chiloni datum narrabant. Qua propter modo recitata verba ſic latine vertenda fuiſſe puto, *Fertur a quodam, quae nos in vita Thaletis de Chilone Pythiam edidiſſe diximus, = Oetaeum quemdam ajo Myſonem Chene natum eſſe, te magis pectoribus aptum ſapientibus=, ea, inquam, Anacharſide* (non Chilone) *interrogante, quis ſe ſapientior eſſet, reſpondiſſe.* Ita vero hic locus cum ſuperiore, qui eſt in vita Thaletis, mirifice conſentiet; ac, quin illa, Ο δ' ερωτησας ην Αναχαρσις, aliena ſint, neminem amplius dubitare ſinet.

§. V.

AD SECT. LVII. LIB. I. IN SOLONE.

De recitatione Homericorum carminum ex lege Solonis. Μαλλον ω Σολων Ομηρον εφωτισεν, η Πεισιστρατος, ſubdititia videri.

Τα τε Ομηρυ εξ ὑποβολης γεγραφε ῥαψωδεισθαι, οἱον ὁπυ ὁ πρωτος εληξεν, εκειθεν

θεν αρχεσθαι τον εχομενον. μαλλον ουν Σολων Ομηρον εφωτισεν, η Πεισιςρατος, ὡς φησι Διευχιδας εν πεμπτῳ Μεγαρικων. ην δε μαλιςα τα επη ταυτι,

Οἳ δ' αρ' Αθηνας ειχον· και τα ἑξης.

. Multa ad hunc locum commentati ſunt Is. Caſaubonus et Aeg. Menagius, quae ſane legas, oportet. Sed unum tamen, in quo, utpote *obſcura* ac *difficili in re*, ſe ουδεν ὁριζειν inquit Menagius, nobis expediendum reſtat. Quum tantum poësis Homeri Piſiſtrato debeat, quî potuerit Dievchidas, probatus auctor, litteris tradere, Homerum a Solone magis, quam a Piſiſtrato illuſtratum eſſe. Praeterea illa etiam, Ην δε μαλιςα τα επη ταυτι etc. obſcuriora ſunt, nec cum proxime antecedentibus omnino cohaerent. Equidem ſuſpicor. Μαλλον ουν Σολων Ομηρον εφωτισεν, η Πεισιςρατος, eſſe adnotationem inepti cujuſdam, qui id ex verbis Laërtii recte colligere ſibi viſus ſit; poſtea a librario quopiam, Laërtianae hiſtoriae, ut fieri ſolet, intextam. Certe, ſi haec tan-

tum expunxeris, locus erit omnino perspicuus, itaque admodum facile explicabitur: *Homeri versus ex subjectione recitari decrevit, nimirum, ut ubi primus desierat, inde proximus inciperet, ut ait Dievchidas in quinto Megaricorum. Versus autem* (quos ita recitandos statuit) *maxime erant hi = Quique Athenas incolunt = et qui sequuntur.* Hoc autem, ut Homeri carmina alternis ordine canerentur, quinto quoque anno Athenis fieri consuevit festo Panathenaeorum: de quo testantur Lycurgus orator, Plato ac Aelianus apud Menagium. Verum Plato, quem Aelianus sequitur, non Soloni hanc legem, sed Hipparcho tribuit, Pisistrati filio. Plura de his, quem toties nominamus, Aegid. Menagius, ac qui Aelianum adnotationibus illustrarunt. hist. var. lib. 8. cap. 2. et lib. 13. cap. 14.

Quod modo conjecerim, Μαλλον ουν Σολων Ομηρον εφωτισεν, η Πεισιςρατος adulterina esse; quodque idem non raro in hisce commentariolis meis de aliis Laërtii locis existimem, mirum nemini videbitur, qui

qui in ejus lectione fuerit paullisper exercitatus. Sunt enim hujus auctoris libri *παρεμβεβλημενοις* referti: ut vix ullus e tot Graecis scriptoribus Laërtio corruptior reperiatur. Saepissime Aeg. Menagius: *Plenus est Laërtius additamentorum*: *Τοις παρεμβεβλημενοις refertus est Laërtius*: quod lib. 6. sect. 79. lib. 9. sect. 50. lib. eod. sect. 65. et alibi profitetur.

BIBL. NAZ.

§. VI.

AD SECT. LX. ET LXI. LIB. I. IN SOLONE.

Epigramma Solonis de annis, quibus hominis vita definienda est, exponitur et emendatur.

Φασι δ' αυτον, και Μιμνερμȣ γραψαντος,

Αι γαρ ατερ νȣσωντε και αργαλεων μελεδωναȣ

  Εξηκονταετη μοιρα κιχοι θανατȣ,

επιτιμωντα αυτῳ ειπειν,

Αλλ' ει μοι καν νυν ετι πεισεαι, εξελε τȣτο,

  Μηδε μεγαιρ' ὁτι σευ τοιον επεφρασαμην.

Και μεταποιησον αγυιας ταδι, ωδε δ' αειδε·

  Ογδωκονταετη μοιρα κιχοι θανατȣ.

Ad haec H. Stephanus: *Pro αγυιας non dubito, quin reponi debeat aliud vocabulum;*

 quum,

quum, nec sententia commoda ex hac lectione elici possit, nec metri lex eam admittat. M. Meibomus ex ingenio substituit λιγεως, idque interpretatur *celeriter*, satis inepte. Nobis videtur αγυια, una tantum littera abjecta, in hunc locum quadrare; ac non incommode carmen sic legi posse,

Και μεταποιησον αγυια ταδ', ωδε δ' αειδε·

quod hanc sententiam continet, *Ac remove tu quidem mutila haec* (id est, ἑξηκονταετη) *itaque cane*, Ογδωκονταετη etc. est enim αγυιος, membris mutilus. Vult igitur Solon, numerum sexaginta annorum mancum esse, atque aliquid deesse ad vitae integritatem, quam annis octoginta constare significat: quod merito Aldobrandino ac Is. Casaubono mirum videtur; quum is alibi spatium vitae humanae septuaginta annis definiverit. In eodem versu, quo de agimus, scripsimus etiam ταδ' pro ταδι: est enim apostrophi nota, quam pro iota habuerunt Laërtii editores: itaque aliquanto altius, ubi apostrophos modo notari solet, locavimus.

Ad-

Addendum et hoc, primam in ἀγυιᾷ a Solone productam fuisse, vel quadam licentia, vel ut ab ἀγυια, viam significante, quam brevem esse constat caeterorum poëtarum usu ac consuetudine, distingueret. Nisi forte particulam δε, aut γε ab eo insertam malis, sic

Και μεταποιησον δε αγυια ταδ', ωδε δ' αειδε.

§. VII.

AD SECT. LXVII. LIB. I. IN SOLONE.

Epistola, quae a Solone ad Croesum scripta fertur, expurgata.

Σολων Κροισῳ.

Αγαμαι σε της περι ἡμας φιλοφροσυνης. και νη την Αθηναν, ει μη περι παντος μοι ην οικειν εν δημοκρατιᾳ, εδεξαμην αν μαλλον την διαιταν εχειν εν τῃ παρα σοι βασιλειᾳ, η Αθηνῃσι, τυραννουντος βιαιως Πεισιστρατου. αλλα και ἡδιων ἡμιν ἡ βιοτη, ενθα πασι τα δικαια και ισα. αφιξομαι δ' ουν παρα σε, σπευδων τοι ξενος γενεσθαι.

Mihi quidem prope certum videtur, verba illa, τυραννουντος βιαιως Πεισιστρατου,

τȣ, omnino esse παρεμβεβλημενα, quum primum fuerint ab indocto quodam in ora codicis adscripta; qui, quod epistolae totius sententiam non perciperet, eadem adnotaverit, quasi explicandi caussa, cur Solon mallet in Croesi regno, quam Athenis degere. Nam, si *Pisistratus per vim dominabatur*, quî poterat Solon Athenas Croesi regno praeferre tantum ob eam caussam, quia, περι παντος ην οικειν εν δημοκρατιᾳ... και ἥδιον ἡ βιοτη, ενθα πασι τα δικαιὰ και ισα; hoc est, *sibi prae omnibus illud esset, ut habitaret in libera civitate... et vita esset jucundior, ubi omnibus idem aequum justumque est*? Tantum, inquam, ob eam caussam; nam caeterum ait, sibi optabilius esse, vitam apud Croesum agere, quam Athenis. Datae sunt igitur hae litterae, si tamen unquam datae sunt, a Solone ad Croesum, qui eum ad sese invitaverat, antequam tyrannidem Pisistratus occuparet. Respondet autem Solon, se ad eum venturum esse, non ut apud ipsum maneat, sed ut aliquandiu ejus hospitio utatur.

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

AD SECT. CII. LIB. I. IN ANACHARSIDE.

Anacharsidis dictum quomodo interpretandum sit.

Μετα χρονον δε παραγενομενος εις την Σκυθιαν, και νομιζων τα νομιμα παραλυειν της πατριδος, πολυς ων εν τῳ ἑλληνιζειν, τοξευθεις εν κυνηγεσιῳ προς ταδελφȣ, τελευτᾳ ειπων, δια μεν τον λογον εκ της Ελλαδος σωθηναι, δια δε τον φθονον εν τῃ οικιᾳ απολεσθαι.

Non video, quo iſta, *δια μεν τον λογον εκ της Ελλαδος σωθηναι* etc. pertineant, niſi ita accipiantur, *Se ob graecum ſermonem*, ſeu, quem cum Graecis aut a Graecis habuiſſet, *ſalutem conſequutum, eundem ob invidiam, quam in patria ſubiiſſet, perire*. Eſt porro vis et acumen in verbo *σωθηναι*, quod Anacharſis ad animum refert, quum *απολεσθαι*, quod illi opponitur, de corpore dicatur. Eſt idem, ut arbitror, quod heic ait, *δια λογον εξ Ελλαδος σωθηναι*, ac quod infra ad Croeſum ſcribit,

bit, se e Graecia in Scythiam reverti, *meliorem* factum; et quod de eodem Lactantius instit. lib. 3. cap, 25. *Qui philosophiam ne somniasset quidem, nisi et linguam et graecas litteras ante didicisset*. Verba, de quibus loquimur, ex Ambrosio Meibomus vertit, *sermonis et disciplinae gratia se ex Graecia servatum*: similiter Aldobrandinus, *ex Graecia quidem propter sapientiam incolumem se redisse*, eorum vim ac significationem non adsequuti. Nec sane, quando in Graeciam eruditionis ac doctrinae caussa profectus est Anacharsis, in aliquod periculum incidisse, a quoquam traditum est.

§. VIIII.

AD SECT. VI. LIB. II. IN ANAXAGORA.

Timonis carmen prave a Meibomo redditum. Illustris de Anaxagora locus ex Aristotele, non intellectus, explanatur.

Και πȣ Αναξαγορην φασ' εμμεναι αλκιμον
Ηρω.
Νȣν, ὅτι δη νοος αυτῳ, ὅς εξαπινης επαγειρας
Παντα συνεσφηκωσεν ὁμȣ τεταραγμενα προσθεν.

Haec

Haec Timonis carmina male sunt ex priori interprete a Meibomo versa; maxime illud Ὀτι δη νοος αυτῳ, sic, *Nam mens non defuit illi*. Ita namque reddenda videntur, *Et Anaxagoram fuisse ajunt fortissimum heroa mentem nomine, quia mens ei, quae subito congregans omnia composuit perturbata prius*. Porro *quia mens ei*, est, *quia mentem is voluit esse*, quae prius confusa ac perturbata digesserit: scripserat enim, Παντα χρηματα ην ὁμȣ, ειτα νȣς ελθων αυτα διεκοσμησε. Sed idem ipse Anaxagoras jure ac merito reprehenditur a Platone in Phaedone, ab Eusebio praep. ev. lib. 14. cap. 14. ab Clem. Alex. strom. 2. tom. 1. pag. 435. edit. Venet. denique ab Aristotele propterea, quod, postquam rerum omnium descriptionem mentis infinitae vi designari ac confici posuit in principio voluminis sui; postea, inquam, quum ad singula, quae in natura contingunt, declaranda ac explicanda defertur, nullam fere ejus mentis, quam ab initio statuit, habeat rationem.

Missis caeteris, verba Aristotelis, quorum

rum significationem ac vim doctis recentioribus non fuisse perceptam deprehendi, ex lib. 1. cap. 4. metaphys. descripta, breviter exponam. *Αναξαγορας τε γαρ μηχανη χρηται τῳ νῳ προς την κοσμοποιιαν, και ὁταν απορησῃ δια τιν' αιτιαν εξ αναγκης εςι τοτε ελκει αυτον. εν δε τοις αλλοις παντα μαλλον αιτιαται των γινομενων, η νουν.* Quo loco primum arbitror, illa, *Και ὁταν απορησῃ δια τιν' αιτιαν*, Aristotelem *εκλειπτικως* ita dixisse, *Et quoties nescit, cur quidpiam sit*; quod Itali ad verbum, *E quando non sa il perchè*. Alibi idem Aristoteles, *απορω την αιτιαν*, apud H. Stephanum in thes. graeco. Jam, quod sequitur, *εςι τοτε*, credo equidem a *τοτε* nihil differre; quemadmodum *εςιν ὁτε aliquando*, *εςιν ὁπου alicubi* apud Graecos significat. Quare illa, *Και ὁταν απορησῃ δια τιν' αιτιαν, εξ αναγκης εςι τοτε ελκει αυτον*, sic statuo interpretanda esse, *Ac si quando rei caussam nescit, tum necessitate adstrictus mentem advocat.* Caeteri, vel quod haec iis non bene cognita, vel quia parum diligenter animadversa

versa essent, quum graeca perperam distinxere, tum valde ineptam affinxere Aristoteli sententiam, Vallium interpretem sequuti, hanc nempe, *Et quum dubitat, propter quam caussam necessario est, tunc eum* (intellectum) *attrahit*. Antecedentia Αναξαγορας τε γαρ etc. sic idem Vallius, *Nam et Anaxagoras, tamquam machina, utitur intellectu ad mundi generationem*.

Jam totum Aristotelis locum, Αναξαγορας τε γαρ etc. quem supra adtulimus, placet latine translatum exhibere: *Nam et Anaxagoras mente, velut machina, utitur ad effectionem mundi, ac, si quando cujuspiam rei caussam ignorat, tum necessitate coactus eam advocat. In caeteris vero pro caussa eorum, quae fiunt, omnia prius, quam mentem, adducit*. Addendus porro Aristoteli Plutarchus lib. 1. cap. 29. de placit. philos. ubi ex Anaxagorae opinione, Α μεν ειναι, inquit, κατ' αναγκην, ἁ δε καθ' ειμαρμενην, ἁ δε κατα προαιρεσιν, ἁ δε κατα τυχην, ἁ δε κατα το αυτοματον. Lege Baylium dict. crit. V. Anaxagoras not. E.

§. X.

§. X.

AD SECT. VIIII. LIB. II. IN ANAXAGORA.

Quid sint, Οἱ διαττοντες.

Τȣς δε κομητας συνοδον πλανητων φλογας αφιεντων, τȣς τε διαττοντας, οἷον σπινθηρας, απο τȣ αερος αποπαλλεσθαι.

Sane perperam, Τȣς τε διαττοντας, οἷον σπινθηρας, απο τȣ αερος αποπαλλεσθαι, ex Ambrosio vertit Meibomus, *Eosque* (cometas) *velut scintillas, ab aëre vibrari*. Alii enim cometae sunt, alii, quos vocant τȣς διαττοντας, quos bene latine dices *trajicientes*, vel *transilientes* stellas. *Trajectiones stellarum* habes apud Tullium in libris de divinat. quod heic adnotat Aldobrandinus. Αςερας διαττοντας etiam in Aristotele legas in problem. quos et nominat διαθεοντας. Auctor των φιλοσοφȣμενων appellat μεταβαινοντας αςερας, ubi de Anaxagora, in haec verba, Τȣς δε μεταβαινοντας αςερας, ὡσει σπινθηρας αφαλλομενȣς, γιγνεσθαι εκ της κινησεως τȣ πολȣ. De iisdem Achilles Ta-

Γatius isagog. cap. 34 Οἱ δε απο τοπȣ εις τοπον μετερχομενοι, καλȣνται αττοντες και διαττοντες· γινεται δε τȣτο, των αςερων ὑπο πνευματος τινασσομενων, και οἱονει σπινθηρας αφιεντων.

Intelligis, opinor, qui ſint, ac quomodo gignantur οἱ διαττοντες; itaque errare Aldobrandinum ſic explicantem, *Quia enim et aſtra et caelum ipſum igne conſtare putabat Anaxagoras, veriſimiliter ajebat, ſtellarum trajectiones, quaſi ſcintillas eſſe ignis, quae ab aëre proſilirent*. Non enim ab aëre οἱ διαττοντες, ſed ab aſtris, velut ſcintillae, proſiliunt, aëre vel vento concutiente.

§. XI.

AD SECT. XV. LIB. II. IN ANAXAGORA.

De Anaxagorae ſepulcro inſcriptoque epigrammate. Aeliani verba, quae difficiliora putantur, enodata.

Τελευτησαντα δε αυτον εθαψαν εντιμως οἱ Λαμψακηνοι και επεγραψαν,
Ενθαδ' ὁ πλειςον αληθειας, επι τερμα περησας
Ουρανιȣ κοσμȣ κειται Αναξαγορας.

Hoc

Hoc idem epigramma scripto tradidit Aelianus var. hist. lib. 8. capite 19 cui hic titulus, **Επιτυμβιον Αναξαγορϰ και βωμος αυτϰ.** Caput vero ipsum, tale est: **Οτι και** *τϰτο επιγεγραπται Αναξαγορᾳ,*

Ενθαδ' ὁ πλειϛον αληθειας, επι τερμα περησας

Ουρανιϰ κοσμϰ κειται Αναξαγορας.

ὅτι και βωμος αυτῳ ιϛαται. και επιγεγραπται, ὁ μεν νϰ, ὁ δε αληθειας. Sed de hujus interpretatione capitis magna inter doctos dissensio est. Nam *ὁ μεν, ὁ δε,* duas aras Anaxagorae positas demonstrare videntur, alteram mentis, alteram veritatis nomine, inscriptas; quum tamen dicat Aelianus, unam eidem constitutam fuisse. Quare Cuperus ac Gesnerus locum esse corrigendum putant, ille sic, **Οτι και βωμοι αυτῳ ιϛανται**; hic autem, **Οτι και βωμω αυτῳ ιϛατον.** Kuhnius vero ac Perizonius eadem, ut edita sunt, **Οτι και βωμος αυτῳ ιϛαται, και επιγεγραπται, ὁ μεν νϰ, ὁ δε αληθειας,** nulla mutatione facta, sunt interpretati, Kuhnius quidem ita: *Quod ara quo-*

quoque Anaxagorae poſita ſit, in eaque inſculptum, alius mentis, alius veritatis nomen fuiſſe tradat; Perizonius autem, *Aram conſecratam Anaxagorae pluribus in locis, et hanc, mentem, illam, veritatem conſignatam praeferre.*

Sed hi certe non, quam Aelianus revera tradidit, ſententiam enarrare, verum de ea, quam potuit dicere, hariolari ac divinare mihi videntur. En ſane verior ac ſimplicior explicatio. Και επιγεγραπται, ὁ μεν νȣ (ὁ βωμος videlicet), ὁ δε αληθειας (ὁ ταφος nimirum, ſive ὁ τυμβος) hoc eſt, *Et arae quidem mentis, tumulo veritatis nomen inſcriptum*; illud ipſum nomen ſcilicet, in epigrammate expreſſum; quod ad verbum latine ſic efferas: *Heic, qui plurimum veritatis, ad finem tranſgreſſus caeleſtis mundi, jacet Anaxagoras.* Quod autem τυμβος ſeu ταφος in ſuperioribus diſerte non exprimatur, omnino nihil obeſt. Ineſt enim profecto in eo, quod talis inſcriptio tumuli fuiſſe dicatur.

§. XII.

AD SECT. XXXXII. LIB. II. IN SOCRATE.

Quo modo, Εποιησε μυθον Αισωπειον, scriptum de Socrate accipere oporteat.

Εποιησε δε και μυθον Αισωπειον.

Haud probe haec ex Ambrosio Meibomus, *Fecit et aesopiam fabulam*; et Aldobrandinus, *Fecit et fabulam aesopico more*. Sensus est, *Sed et Aesopi fabulam versibus mandavit*: Aesopus enim καταλογαδην scripserat. Lege locos Platonis et Plutarchi, alterum ab Aldobrandino allatum, alterum a Menagio. Non dissimile, quod in prologo Phaeder se fecisse profitetur:

Aesopus auctor quam materiam repperit,
Hanc ego polivi versibus senariis.

§. XIII.

AD SECT. XXXXVIII. LIB. II. IN XENOPHONTE.

Laërtii sententia de Socrate Xenophonti occurrente aperitur.

Τυτῳ εν ςενωπῳ φασιν απαντησαντα Σωκρατην, διατειναι την βακτηριαν και κωλυειν παριεναι, πυνθανομενον etc.

Re-

Recte Stephanus τυτῳ edidit, quum antea legeretur, Τυτον.. απαντησαντα Σωκρατην. Prave etiam editio Romana, Τυτον απαντησαντα Σωκρατει. Socratem enim διατειναι την βακτηριαν, non autem Xenophontem, vere idem Stephanus adnotavit: in quo Laërtii interpretes lapsi sunt. M. Meibomus, qui deteriora probare solet, et ipse Amstelodami vulgavit, Τυτον απαντησαντα Σωκρατει, Romanam editionem sequutus, quum Stephanianam sequi debuisset. Peccat is tamen, quem modo laudavi, H. Stephanus in thes. ac Ioachim. Kuhnius heic, quod, διατειναι την βακτηριαν, exponant, *intentare baculum*: ego melius, *praetendere baculum*, quod fecit Socrates Xenophonti occurrens, quo eum paullisper in angustia tramitis (εν ςενωπῳ) moraretur, interrogaretque ea, quae ab Laërtio narrantur. Totum hunc locum omnino vitiose Aldobrandinus, *Hunc* (Xenophontem) *in bivio Socrati obvium, ajunt, porrecto Scipione, eum accessu prohibuisse*. Male enim *in bivio*: male *prohibuisse accessu*: male denique a Xenophonte prohibitum Socratem;

C 2 nam

nam contra accidit. Is igitur sic interpretandus est: *Huic Socratem, ajunt, in angiportu obvium, scipione praetento, ne transiret, probibuisse, quaerentem* etc.

§. XIIII.

AD SECT. LXXXV. LIB. II. IN ARISTIPPO.

De Eliaca Secta ad Cyrenaicam comparata. Non perceptum locum Laërtii ac vitiatum ab Is. Casaubono ac Menagio fuisse. Erratum Aldobrandini.

Ημεις δ' επειδη τον βιον ανεγραψαμεν αυτου φερε νυν διελθωμεν τους απ' αυτου Κυρηναϊκους οἱ τινες ἑαυτους, οἱ μεν Ηγησιακους, οἱ δε Αννικερειους, οἱ δε Θεοδωρειους προσωνομαζον. Ου μην αλλα και τους απο Φαιδωνος, ὧν τους κορυφαιοτατους Ερετρικους, εχειν οὑτως. Αριςιππου διηκουσεν ἡ θυγατηρ Αρητη, και etc.

Hunc locum Laërtii non bene se habere, sed aliquid omnino deesse, putant viri doctissimi Is. Casaubonus et Aegid. Menagius. Corrigunt autem hoc modo: post Ερετρικους, ponunt ωνομαζον; tum pro εχειν οὑτως, legunt εχει δε οὑτως; itaque, opi-

opinor, haec intelligunt, Ου μην αλλα και τυς etc. *Sed et a Phaedone profectos persequamur, quorum principes Eretriacos vocabant: sic porro se habent*. Tu vero ne audias. Nam alia sane Laërtii mens ac sententia est; quam verbis, non modo puris illis quidem ac elegantibus, sed omnino claris atque perspicuis expressit. Quid enim intererat, ubi eos, qui ab Aristippo orti sunt, sese enumerare velle ait, dicere, illos quoque sibi esse mandandos litteris, qui ab Phaedone venerunt? de quibus, quippe quum ad Aristippum minime pertineant, nullum revera in hujus vita deinceps verbum facit. Quod si omnes praeterea, de quibus erat hoc secundo libro acturus, nominare Laërtius vellet; quod tamen hoc loco haud fuisset consentaneum; non tantum diceret, de Phaedone ejusque discipulis sibi futurum sermonem, sed etiam de Euclide ac Megaricis caeterisque, quorum vitam ac placita hoc eodem libro comprehendit.

En igitur, quomodo verba superius al-

lata latine explicanda putem: *Age nunc, Cyrenaicos ab eo profectos perſequamur, qui ſe ipſos, alii quidem Hegeſiacos, alii Annicereos, quidam Theodoreos nuncuparunt. Enim vero etiam orti a Phaedone, quorum principes Eretriaci, ita ſe habent.* Nimirum, quemadmodum plurimi ſectatores Ariſtippi non ii quidem, aut Ariſtippei, aut Cyrenaici; ſic etiam nobiliſſimi quique a Phaedone profecti, non Phaedonici, aut Eliaci, quae patria fuerat Phaedonis, ſed ab Eretriate Menedemo, qui eſt a Phaedone tertius, Eretriaci cognominati ſunt; quod tradit Laërtius ſect. 105. et 126. Sic vero omnia inter ſe apta ac connexa videntur. Nam, poſtquam dixit, *Age nunc, Cyrenaicos ab eo profectos perſequamur, qui* etc. ſtatim per haec Ἀριςίππȣ διηκȣσεν etc. eoſdem inſtituit percenſere; ac diſerte de Hegeſia, de Anniceri ac Theodoro loquitur: Dein Cyrenaicas opiniones copioſius exponit. Igitur corrigendi ſunt juxta ea, quae hactenus explicavimus, latini interpretes Laërtii Ambroſius, Meibomus et Aldobrandinus. Sed

Sed hic praeterea, Aldobrandinus dico, reprehendendus est a nobis, quod ita scripserit in commentariis ad hunc locum: *De Cyrenaicis igitur primo loco Laërtius est acturus, secundo de Eliacis a Phaedone profectis, tertio de Megaricis, qui sunt ab Euclide, in quibus Diodorus, Stilpon, Criton, Simon, Glaucon, Simmias et Cebes a Laërtio videntur numerari*. Est enim valde ridiculum inter Megaricos philosophos, qui sunt ab Euclide, Socratis amicos ac auditores Critonem, Simonem, Glauconem, Simmiam ac Cebetem collocare, aut certe ab Laërtio positos suspicari. Profecto meminisse eum oportebat ejus ordinis, quem Laërtius in vita Socratis extrema sibi servandum proposuerat, de hujus discipulis ac sectatoribus scripturo. Nam Antisthene ac Platone, de quibus erat fusius dicendum, quippe qui discipulorum copia floruissent, ad alios libros rejectis, caeteros Socraticos hoc libro complectitur, exordium ducens a Xenophonte. Tum de Aeschine, Aristippo, Phaedone, Euclide verba facit, subje-

ctis Diodoro ac Stilpone aliisque ex Megarica disciplina, ne deinceps ad eos in hoc de vitis philosophorum volumine iterum redire cogatur. Post, alios, qui restant, Socraticos Critonem, Simonem, Glauconem, Simmiam ac Cebetem leviter attingit. Denique his addit Menedemum, illum quidem e Phaedonis schola; sed tamen, tum quod is novam sectam instituit, Eretriacam dico, tum quod erat ejus vitam Laërtius longiori sermone explicaturus, ab eodem disjunctum Phaedone in hujus libri fine collocavit. Accipe verba Laërtii, quae sunt in ultima parte vitae Phaedonis: *Και ἑως μεν τȣτων Ηλειακοι προσηγορευοντο. Απο δε Μενεδημȣ Ερετριακοι, περι ȣ̔ λεξομεν εν ὑςερῳ δια το και αυτον καταρχειν αἱρεσεως.*

§. XV.

AD SECT. CXXXXI. LIB. II. IN MENEDEMO.

De Menedemo apud regem Demetrium accusato. Διαβαλειν pro Διαβλεπειν legendum.

Μενεδημος βασιλει Δημητριῳ χαιρειν: Ακȣω, προς σε ανατεθηναι περι ἡμων. Λογος

γος δε διαβλεπειν αυτον των αντιπολιτευομενων τινα Αισχυλον.

Vitiose admodum, Λογος δε διαβλεπειν etc. reddita ab Ambrosio ac Meibomio sunt, *Per eam* (epistolam) *illum admonet, caveret unum ex his, qui sibi essent infensi, Aeschylum nomine.* Male etiam Aldobrandinus, *Fama est, Aeschylum eum quemdam adversarum sibi in rep. partium designare.* Is. Casaubonus pro διαβλεπειν, legit διαβαλλειν in hanc sententiam, *Fama est, Aeschylum quemdam qui Menedemo in reip. administratione erat contrarius, solitum esse eum calumniari.* Sed ne iste quidem Laërtii mentem, etiamsi ad eam propius, quam caeteri, accesserit, est adsequutus. Scribendum ergo potius διαβαλειν, itaque interpretandum est: *Fama est autem, Aeschylum adversarum in rep. partium, Menedemum ea de re apud regem calumniatum esse:* nam ante dixerat Laërtius, Προς ὀν διαβληθεις, ὡς την πολιν εγχειριζων Πτολεμαιῳ, απολογειται δι επιςολης, ἧς ἡ αρχη· Μενεδημος βασι-

σι-

πιλει etc. hoc est, *Apud quem* (Demetrium) *eo nomine accusatus, quod Ptolemaeo civitatem traderet, epistola se defendit, cujus est initium. = Menedemus R. Demetrio S. Audio, ad te delatum esse de nobis =. Fertur autem Aeschylus eum quidam adversarum in rep. partium accusavisse*. Vides, opinor, διαβαλειν superiori διαβληθεις omnino respondere: itaque recte pro διαβλεπειν, fuisse suppositum.

§. XVI.

AD SECT. XX. LIB. III. IN PLATONE.

Annicerim pecunia ad se a Dione missa pro redemptione Platonis, hortulum huic in Academia emisse. Castigatur Meibomus.

Ενιοι δε και Διωνα αποςειλαι φασι το αργυριον, και τον μη προεσθαι, αλλα κηπιδιον αυτῳ το εν Ακαδημιᾳ πριασθαι.

Hunc locum depravavit Meibomus, Amstelodami edens προσεσθαι. Esse enim debet προεσθαι, ut a Stephano ac Romae vulgatum. Idem prave etiam ex Ambrosio la-

latine vertit, *Illumque* (Annicerim) *eam nulla ratione admisisse; sed hortulum quoque in Academia sibi comparasse*. Nam est contraria sententia, nempe, *Aliqui Dionem quoque pecuniam ad eum* (Annicerim) *misisse perhibent* (pro ea, quam Anniceris in Platone redimendo erogaverat) *quam is non remiserit* (quemadmodum ab amicis Platonis missam repudiaverat) *sed ex ea ipsi* (Platoni) *hortulum in Academia comparaverit*. Supra enim haec Laërtius: Λυτρουται δε αυτον (τον Πλατωνα) κατα τυχην παρων Αννικερις ὁ Κυρηναιος εικοσι μνων· οἱ δε τριακοντα (forsan Οἱ δε τριακοντα e libri margine huc irrepsere) και αναπεμπει Ἀθεναζε προς τους ἑταιρους. οἱ δ' ευθυς αργυριον εξεπεμψαν· ὁπερ ου προσηκατο, ειπων, μη μονους εκεινους αξιους ειναι Πλατωνος κηδεσθαι. Ενιοι δε etc. Potest autem αυτῳ, vel ad Platonem, uti nos sumus interpretati, vel etiam ad το αργυριον, *pecuniam* referri hoc modo, *Sed ipsa hortulum in Academia emisse*, Platoni videlicet. Lege Apuleium ac Suidam apud Menagium heic.

§. XVII.

§. XVII.

AD SECT. XXVI. LIB. III. IN PLATONE.

De mendaciis Platonis. Athenaei locus emendatur.

Ως ανεπλαττε Πλατων πεπλασμενα θαυματα ειδως.

Timonem, a quo haec habemus, adnominatione in Platonem ludere, quum est per se perspicuum, tum vero etiam ab Aldobrandino animadversum: itaque ανεπλαττε, non ανεπλασσε, heic quoque esse debere, quemadmodum in Athenaeo legitur. Cujus locum sane elegantem, sed qui aliqua tamen emendatione egeat, ex lib. 11. cap. 15. depromptum heic exhibeo: Αλλοι δε φασιν, ὡς αναγνȣς ὁ Γοργιας τον Πλατωνος διαλογον προς τȣς παροντας ειπεν. ὁτι ȣδεν τȣτων ȣτε ειπεν ȣτε ηκȣσε παρα Πλατωνος. ταυτα φασι και Φαιδωνα αναγνοντα τον περι ψυχης. διο και καλως ὁ Τιμων περι αυτȣ εφη. Ως ανεπλαττε Πλατων etc. id est, *Referunt alii, Gorgiam quum Platonis dialogum legisset* (qui nempe Gorgias

gias inscribitur) *iis dixisse, qui aderant, nihil ejusmodi se, vel loquutum fuisse, vel audivisse. Eadem etiam Phaedonem narrasse memorant, postquam dialogum, in quo de animo disputatur* (cui Phaedoni nomen est) *is quoque perlegisset. Itaque festive de illo Timon ait, Ut Plato confinxit* etc. In quibus profectò verba, *παρα Πλατωνος*, non sunt ab Athenaeo, sed ab inficeto librario, cui post *τινος* quiddam deesse visum est. Nam certe Ουτε *τινος* intelligit is *παρα Σωκρατυς, a Socrate* inquam, vel ab iis, quibuscum colloquens inducitur in eo dialogo a Platone Gorgias. Abjiciendum est igitur *παρα Πλατωνος*, quemadmodum nos modo hunc locum latine interpretantes praetermisimus.

§. XVIII.

AD SECT. LXXIIII. LIB. III. IN PLATONE.

Platonis opinio de astris. Ejusdem verba ex Epinomide exposita. Serranus ac Ficinus notati.

Ινα δε ὁ κοσμος τελειωθῃ γενομενος ὁμοιως τῳ νοητῳ ζωῳ, την των αλλων ζωων γε-

γενεσθαι φυσιν. επει ου εκεινος ειχε, και τον ουρανον δειν εχειν· θεους μεν ουν εχειν το πολυ πυρινους. ειναι δε τρια γενη ταλλα, πτηνον, ενυδρον, πεζον.

Multa peccant in his Laërtii interpretes: primum Meibomus, Επει ου εκεινος ειχε, ex Ambrosio explicans, *Quoniam igitur ille mentem habebat*; neque enim mens in graecis exprimitur, nec de mente illud dicitur, Επει ου εκεινος ειχε: deinde Aldobrandinus male εκεινος reddidit, *quoniam illud*, referens, opinor, ad το νοητον ζωον, quod minime debuit; nam εκεινος intelligitur κοσμος: quod si το νοητον ζωον Laërtius significare voluisset, εκεινον fuisset dicendum. Sed vehementius errarunt, quos modo nominavimus, Ambrosius atque Meibomus, quum illa, Θεους μεν εχειν το πολυ πυρινους, interpretati sunt, *Deos esse ut plurimum igneos*: nam εχειν non est *esse*, nec voluit Plato, si tamen eo referunt, Deos plerosque ex ignis natura constare; quum sit ejus sententia, Deos omnes, quos caelum

lum complectitur, sidera videlicet, habere plurimum ex igne; non nihil tamen ex caeteris elementis admixtum esse. Quare locus erit hoc modo explicandus: *Ut autem mundus ad ejus animantis, quod intelligentia comprehenditur, exemplum effectus, perfectus esset, ideo caeterorum naturam animantium esse generatam: quae quidem quoniam mundus in se haberet, caelum quoque habere oportere. Habere igitur Deos*, hoc est, animantia divina, *continentes ignis plurimum. Sed esse tamen caetera genera tria, volatilia, aquatilia et terrestria*.

Itaque sensit Plato, mundum, id est, caelum, aetherem, aërem, aquam ac terram, a Deo animantibus repletum, in quibus inesset aliquid ex elementis omnibus, sed pars multo maxima ejus naturae, in qua posita ac procreata fuissent; videlicet caelestia caelestis sive igneae naturae habere plurimum, aetheria tota fere ex aethere, aëria ex aëre constare, et ita de reliquis: sic enim is loquitur in Epinomide pag. 984. tom. 2. edit. Serran. Αἰθέρα μὲν

γὰρ

γαρ μετα το πυρ θωμεν. ψυχην δ' εξ αυτȣ τιθωμεν πλαττειν ζωα δυναμιν εχοντα, ὥσπερ των αλλων γενων, το πολυ μεν της αυτȣ φυσεως· τα δε σμικροτερα ξυνδεσμȣ χαριν εκ των αλλων γενων. μετα δε τον αιθερα, εξ αερος πλαττειν την ψυχην γενος ἕτερον ζωων etc. Quae, quoniam a Serrano ac Ficino haud intellecta sunt, praestat latine transferre: *Aetherem enim post ignem ponamus; ex quo putemus, animum animantia fingere, quae, ut ex caeteris generibus* (igne, aëre etc.) *aliquid, sic plurimum habeant ex ipsius aetheris natura; minimum, colligandi gratia, de generibus caeteris. Post aetherem porro ex aëre* etc. Porro ineptissime, Ὥσπερ των αλλων γενων, το πολυ μεν της αυτȣ φυσεως, sunt a Ficino versa, *Quae similiter, ut in caeteris generibus fit, plurimum de suo habeant*, et a Serrano, *Quae similiter, ut caeteris generibus fit, vim potestatemque retineant genuinam ex ipsius natura*. Illud vero, quod supra Laërtius, Τον ȣρανον εχειν θεȣς το πολυ πυρινȣς, perspicue in Timaeo traditur

ditur eo loco, qui in commentariis ad eundem Laërtium adfertur; ubi de eo genere animantium, cui divinitatem adtribuit Plato, vocatque ϐρανιον θεων γενος, nimirum de astris haec habentur tom. 3. pag. 4. edit. Serr. Τϐ μεν ϐν θειϐ (γενϐς) την πλειςην ιδεαν εκ πυρος απειργαζετο, όπως ότι λαμπροτατον ιδειν τε καλλιςον ειη.

§. XVIIII.

AD SECT. LXXXXVIIII. LIB. III. IN PLATONE.

Της Ευτυχιας Platonica definitio traditur: in qua Κατορθων pro Καθ' ορθον supponitur.

Η δε ευτυχια εςιν, όταν, εφ' ἁ σκοπει, πραξη καθ' ορθον, ἁ δει πραττειν τον σπϐδαιον.

Ita in editis. Tu vero, si sapis, lege κατορθων me auctore: nec cum Ambrosio, aut cum Aldobrandino, *ut decet*, vel *recte*, sed mecum *prospere* interpretare, hoc modo, *Quum, quae quis spectat, haec prospere efficiat, quae quidem virum bonum facere oporteat.*

§. XX.

AD SECT. CVII. LIB. III. IN PLATONE.

Quid ſit Εγγραμματος et Αγραμματος φωνη.

Της εμψυχȣ φωνης ἡ μεν εϛιν εγγραμματος, ἡ δε αγραμματος. εγγραμματος μεν ἡ των ανθρωπων, αγραμματος δε ἡ των ζωων.

Εγγραμματος φωνη eſt *vox, quae conſtat litteris*; αγραμματος, *quae litteris non conſtat*: illa hominum, haec propria eſt brutorum animantium. Ariſtoteles in problem. pag. 744. Τα γαρ αλλα ζωα η ȣδεν γραμμα η ολιγα διαλεγονται. Male Aldobrandinus εγγραμματος et αγραμματος φωνη interpretatur, *vox, quae ſcribi poteſt*, et *quae ſcribi non poteſt*; quemadmodum et H. Stephanus in theſ. graec. εγγραμματος φωνη, *vox ſcripta*: aliud eſt enim εγγραμματος et αγραμματος, aliud εγγραφος et αγραφος. Ambroſius, ex quo Meibomius, εγγραμματον et αγραμματον φωνην vertit *litteratam* et *illitteratam vocem*, quo ſi, quam in grae-

graecis diximus inesse vim, exprimere voluit, parum latine, vel certe inusitate est loquutus.

§. XXI.

AD SECT. CVIII. LIB. III. IN PLATONE.

De absolutis et relatis. Explanatur ac corrigitur Laërtius.

Των οντων, τα μεν εϛι καθ' ἑαυτα, τα δε προς τι λεγεται. τα μεν ουν καθ' ἑαυτα λεγομενα εϛιν, ὁσα εν τῃ ἑρμηνειᾳ μηδενος προσδειται. ταυτα δ' αν ειη, οἱον ανθρωπος, ἱππος και τα αλλα ζωα· τουτων γαρ ουδεν δι ἑρμηνειας χωρει. των δε προς τι λεγομενων, ὁσα προσδειται τινος ἑρμηνειας, οἱον το μειζον τινος etc.

Τουτων γαρ ουδεν δι ἑρμηνειας χωρει, obscuriora videntur. Ea meo quidem judicio sic efferenda sunt; *Horum enim nihil, ut verbo exprimitur, alio tendit*; hoc est, manet ac spectatur in sese, sive per se tantum intelligitur, quin alio referatur. Hujusmodi sunt absoluta, eaque ratione a relatis secernuntur. Est ergo idem, ου δι

ἑρμηνείας χωρεῖν, ac, quod antea dixit, καθ' ἑαυτὸ λέγεσθαι. Quare perperam ex Ambroſio Meibomus, Οὐδὲν γὰρ τούτων etc. latine convertit, *Nihil enim horum interpretatione indiget*: qui nec, ἑρμηνεία, quae eſt *dictio rem enuncians*, quid exprimat, perſpexit; et illa etiam, Ὅσα ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ μηδενὸς προσδεῖται, prave reddidit, *Quae nulla interpretatione, ut intelligantur, indigent*; et alia ſimiliter, Ὅσα προσδεῖταί τινος ἑρμηνείας, *Quae interpretatione quadam egent*. Alter Laërtii interpres, nimirum Aldobrandinus, utrum vim loquutionis perceperit nec ne, mihi perſpicuum non eſt: ſic autem expoſuit, *Horum enim nihil longiorem elocutionem deſiderat*.

Sed illa, Ὅσα προσδεῖταί τινος ἑρμηνείας, vitiata eſſe, mihi ſuſpicio eſt: ſic enim fuiſſe ſcribenda videntur, Ὅσα προσδεῖταί τινος; vel ita, Ὅσα προσδεῖταί τινος ἑρμηνείᾳ aut ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, hoc eſt, *Quae alicujus praeterea indigent, quum enunciantur* ut ſuperioribus reſpondeant, Ὅσα ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ μηδενὸς προσδεῖται.

§. XXII.

§. XXII.

AD SECT. III. LIB. IIII. IN SPEUSIPPO.

Speusippum phthiriasi non obiisse. Laërtii carmina illustrantur. Alia, Πλουταρχος φησιν εν τῳ Λυσανδρου βιῳ καὶ Συλλα φθειρσιν εκζεσαι αυτον, adulterina videri. Unde sint, ac quid sibi velint, inquiritur. M. Casaubonus plectitur. Aliquid de eorumdem carminum metro additum.

Και τελος ὑπο αθυμιας ἑκων τον βιον μετηλλαξε, γηραιος ων. και εϛιν ἡμων εις αυτον·

Αλλ' ει μη Σπευσιππον εμανθανον ωδε θανεισθαι,
Ουκ αν επεισε με τις τοδε λεξαι· ὡς αρ' ην ὁς
Ουχι Πλατωνι προς αἱματος· ου γαρ αθυμων
Κατθανεν αν, αλλ' αν δια τι σφοδρα μικρον.

Πλουταρχος δε φησιν εν τῳ Λυσανδρου βιῳ και Συλλα, φθειρσιν εκζεσαι αυτον.

Versus Laërtii paullo obscuriores, ac ab eruditis haud quaquam intellectos sic equidem explicandos puto: *Denique aetate confectus, prae animi tristitia volens vitam*

cum morte commutavit. *In quem est illud nostrum = At, nisi Speusippum sic esse mortuum* (nempe sponte sua) *comperissem. nemo mihi hoc narrans persuasisset* (vel, *non persuasisset mihi quis, hoc dicere*; quippe quum editio princeps ac Romana exhibeant λεξαι, editio Stephani λεξας) *ita enim non esset is Platonis consanguineus*; *nam talis non tristitia obiisset, sed ob aliquid valde parvum* =. Se refert Laërtius, opinor, ad id, quod lib. 3. sect. 40. scripserat ex Philone, in proverbio fuisse *Platonis pediculos*, ὡς οὕτως, inquit, αυτου τελευτησαντος. Quare sententia epigrammatis videtur hujusmodi: nisi id certo comperisset, se numquam crediturum fuisse, Speusippum sibi ipsi mortem attulisse moerore animi; non enim sic propinquus Platonis esse videretur, cujusmodi fuit re vera, sororis filius nempe: nam Platonis consanguineum non eo modo occumbere, sed ob quiddam valde parvum, videlicet ob pediculos, consentaneum fuisset. Haec opinione mea Laërtius, sane parum venuste ac eleganter; quod minime mirum; sunt

sunt enim pleraque illius epigrammata frigidiora, vel, ut quispiam dixerit, *facta Musis et Apolline nullo*. Absurde haec eadem et inscite Meibomus, *Quod si non didicissem, sic mortuum esse Speusippum, non mihi quisquam persuasisset dicens, fuisse eum Platoni propinquum: quippe qui moerore mortuus non esset, sed ob aliquam parvam caussam*. Aldobrandinus quoque, nec ipse Laërtii sententiam intellexit, nec nos ejus percipere facile possumus. Quid enim ista sibi volunt? *At nisi Speusippum accepissem sic mortuum esse, non persuasisset mihi quis hoc dicere: Quam non erat Platoni propinquus? Non enim prae angore obiisset unquam. At ob quid? valde parvum*.

Quod ad caetera pertinet, Πλυταρχος δε φησιν εν τῳ Λυσανδρυ βιῳ και Συλλα, φθειρσιν εκζεσαι αυτον, ea nos quidem tota esse παρεμβεβλημενα conjicimus; cujusmodi esse paene infinita in Laërtio compertum habemus. Quum enim fortasse ineptus quidam, δια τι σφοδρα μικρον, in Laërtio legeret, putaretque, Speusippum dici

pediculis consumptum; illa Πλυταρχος δε φησιν etc. in ora codicis adscripsit lectoris erudiendi gratia, scilicet, *Plutarchum referre in vita Lysandri ac Sillae, hunc etiam* (Syllam) *ex pediculis esse mortuum*. Quae quum postea in Laërtianam historiam irrepserint negligentia aut inscitia librariorum, ex eo factum, ut haberentur, tamquam scripta a Laërtio, et ad Speusippum pertinere existimarentur: quum tamen Plutarchus in vita Syllae, ubi eos diligenter enumerat, qui pediculari morbo interiissent, de Speusippo nihil memoret; Laërtius vero non fuerit tam negligens, ut ejus rei Plutarchum auctorem proferret, quam, neque is, neque alius quisquam litteris tradidisset.

His accedit, cum epigrammate superiore, si tamen recte, ut videmur, sumus interpretati, ista, *Plutarchus vero ait in vita Lysandri et Syllae*, Speusippum *pediculis absumptum esse*, minime convenire, ut ab eo, qui apte ac cohaerenter loquatur, eadem subjici omnino non possint. Absurdius vero, φθειρσιν εκζεσαι αυτον,

La-

Laërtius de Sylla dixisset, quemadmodum censet Mer. Casaubonus ad hunc locum, ut nempe ex iis, qui phthiriasi confecti mortem occubuissent, aliud exemplum produceret: nullus enim erat locus, ubi nihil ejusmodi de Speusippo narrasset. Si haec ita se habent, ut a nobis exposita sunt, concidit jam illa de morte Speusippi ex morbo pediculari doctorum recentiorum opinio: nam id nec Laërtius perhibet in epigrammate, de quo sermo est, sed certe negat: eruditulus autem, qui illa in margine apposuit, **Πλȣταρχος δὲ φησιν** etc. quod nobis est visum similius vero, tantum de Sylla hoc ait a Plutarcho memoriae proditum.

His explicatis tria verba dicamus, oportet, de illis, **Εν τῷ Λυσανδρȣ βιῳ καὶ Συλλα**, in quibus haerent Aegid. Menagius ac M. Casaubonus; quia Plutarchus de Sylla ac caeteris, qui phthiriasi laborassent, nihil is quidem in Lysandri, sed in vita Syllae dumtaxat mentionem fecerit. At plana, uti nobis videtur, et aperta res est. Nam,

Nam, quum Plutarchus vitas scripserit παραλληλυς, alteram Graeci, alteram Romani hominis, binas aliquando veteres nominare non est mirum, etiam tum, quum pro re proposita unam appellari satis esset. Quare Lamprias in elencho librorum patris, Θησευς και Ρωμυλος. Λυσανδρος και Συλλας: eodem modo caeteras recenset; non ita, Θησευς. Ρωμυλος. Λυσανδρος. Συλλας. Mer. Casaubonus nodum se expedire putat his verbis = Εν τῳ Λυσανδρυ βιῳ και Συλλα, *id est, in comparatione vitarum Lysandri et Syllae; quod tamen praecise verum non est; non enim in ipsa comparatione, quae vitae Syllae appendix, sed paullo ante narrat id Plutarchus*. Quod si fateris, id verum non esse, plane ineptus es, qui eadem, *in comparatione vitarum* significare credas, ac te pugnantia loqui non videas.

Paene fugerat de genere carminum, quae supra descripsimus, aliquid adnotare. Ac primum quidem et alterum esse heroicos versus, seu dactylicos hexametros, certe vides. Postremos autem duos esse pariter

ter dactylicos pentametros, dubitari non potest: cujus carminum generis Hephestion, ubi *περι τȣ Δακτυλικȣ μετρȣ*, exemplum hoc profert,

Χαῖρε ἄ | ναξ ἑτά | ρε, ζάθε | ᾶς μάκαρ |
ἥβας.

Laërtium vero scimus libro, quem ea de caussa *Παμμετρον* inscripsit, omne metri genus fuisse complexum: ex quo sane, ut alia tam multa, in hoc de vitis philosophorum volumen collata, carmina deprompsit, sic ista quoque fuisse desumpta multo verosimilius existimo.

Quamquam ultimum ex his non ita omnino, ut in vulgatis libris legitur, exhibui: sed, quum Romana editio; *Κατθανεν, αλλα αν δια τι*, Cantabrigensis ms. codex, *Κατθανεν αν, αλλα δια τι*, praeferant; ex his tertiam, quam vides, sane meliorem, ac cujusmodi tum sententiae tum metri ratio postulat, lectionem conflavi.

§. XXIII.

§. XXIII.

AD SECT. XVII. ET XVIII. LIB. IIII. IN POLEMONE.

De Polemonis constantia ac duritia. Laërtii sententia declaratur. Ejus interpretum, tum etiam Stanleyi ac Bruckeri negligentia perstringitur.

Κυνος γȣν λυττωντος και την ιγνυαν διασπασαντος, μονον μη ωχριασαι· και ταραχης γενομενης επι της πολεως, πυθομενον το γεγονος, ατρεπτον μειναι .... Και ὁλως ην τοιȣτος, οἱον φησι Μελανθιος ὁ ζωγραφος εν τοις περι ζωγραφικης. Φησι γαρ δειν αυθαδειαν τινα και σκληροτητα τοις εργοις επιτρεχειν, ὁμοιως δε καν τοις ηθεσιν.

Μονον μη ωχριασαι, positum pro, μη ωχριασαι μονον, idemque significare, *ne colorem quidem mutasse*, docet Is. Casaubonus infra sect. 20. Est autem haec sententia: *Ergo, quum canis rabidus ejus poplitem morsu lacerasset, ne expalluisse quidem; auditoque tumultu in civitate exorto, immotum perstitisse*. Male Aldobrandinus, *Solum nequaquam expalluisse*; Stanleyus quoque

que ac Bruckerus, *Solum praesentium*, quum nulla de praesentibus fiat mentio. Iterum illa, Πυθομενον το γεγονος, male idem Aldobrandinus una cum Ambrosio ac Meibomo, *Quid actum esset rogantem*, vel, *Percontatum, quid nam contigisset*. Omnia prave ac inepte, quos modo nominavi, Stanleyus ac Bruckerus in hist. phil. ubi de Polemone, ille quidem, *Canis rabiosi morsu in sura vulneratus, solus praesentium non expalluit*; *tumultuque ob eam rem in civitate orto, quid rei esset interrogavit*; hic vero, *Sic, ut canis rabiosi morsu in sura vulneratus, tumultu hac de re exorto, solus praesentium non expalluit*: in quibus illud est sane ridiculum, quod tumultum in urbe exortum scribant, quia morsus esset a cane Polemo. Laërtius enim confirmandi gratia, quod dixerat, Τοσουτον δε επιτειναι το ηθος.. ὥς' επι ταυτου σχηματος της μορφης παντοτε μενειν, id est, *Tanta morum constantia extitisse.. ut eumdem oris habitum constantissime retineret*, duas res narrat inter se omnino diversas, primum nihil commotum rabiosi

biosi canis morsu, alterum quum audivisset concitatum tumultum, ατρεπτον μειναι.

Jam caetera, Και ὁλως ην τοιυτος, οἱον φησι etc. eodem modo perperam accepta ab Ambrosio ac Meibomo sunt, tum etiam a Stanleyo ac Bruckero: quorum illi sic, *Ejusmodi autem profecto fuit, qualem describit Melanthius pictor in libris de pictura: ait enim, oportere contumaciam quamdam atque duritiam operibus et moribus ex aequo moderari*: Stanleyus autem cum Bruckero, *Polemo talem se praestitit, qualem in libris de pictura Melanthius repraesentavit; is enim ei quamdam in moribus contumaciam atque duritiem tribuit*. Enim vero εργα heic certe sunt ejus artis opera, de qua Melanthius scribere instituit, picturae videlicet. Illa vero, Οἱον φησι Μελανθιος etc. profecto non hoc sibi volunt, Melanthium de Polemone fuisse loquutum, sed istud omnino significant, eam ipsam, quam in picturis exstare debere contumaciam ac duritiam quamdam Melanthius scripsit, eam ipsam, inquam, Polemonem vita ac moribus expres-

pressisse. Credo enim, *Ομοιως δε καν τοις ηθεσιν*, non sane Melanthii esse, verum ipsius Laërtii verba, cui, quae is de operibus artis suae protulit, *Δειν αυθαδειαν τινα και σκληροτητα τοις εργοις επιτρεχειν*, eadem huic ad demonstrandum, cujusmodi esset Polemonis ingenium, aptissima visa sunt. Quare hunc locum sic autumo efferendum esse: *Ac omnino ejusmodi erat Polemo, quemadmodum in libris de pictura inquit Melanthius pictor; ait vero, contumaciam quamdam atque duritiem exstare in operibus oportere; idem modo ad mores transferas.*

§. XXIIII.

AD SECT. XXX. LIB. IIII. IN ARCESILA.

Laërtius corrigitur ac una cum Arcesilae epigrammate, Τηλε μεν etc. explicatur. Quid de Καδαυαδη sentiendum.

Και αυτȣ φερεται επιγραμματα εις Ατταλον ȣτως εχοντα,

Περγαμος ȣχ ὁπλοις κλεινη μονον, αλλα και ἱπποις

Πολ-

Πολλάκις αυδαται Πισσαν ανα ζαθεην:
Ει δε τον εκ διοθεν θεμιτον θνατων νοου
    ειπειν,
Εσσεται εισαυθις πολλον αοιδοτερη.
αλλα και εις Μηνοδωρον τον Ευδαμου ἑνος
των συσχολαστων ερωμενον,
Τηλου μεν Φρυγιη, τηλου δ' ἱερη Θυατειρα,
Ω Μηνοδωρε, ση πατρις Καδαναδη.
Αλλα γαρ εις Αχεροντα, τον ου φατον, ισά
    κελευθα,
Ως δεινος ανδρων, παντοθεν μετρευμενά.
Σημα δε τοι τοδ' ερεξεν αριφραδες Ευδαμος,
    ῳ συ
Πολλων πενεσθεων ησθα προσφιλεστερος.

Fortasse legendum, Και αυτου φερεται επιγραμματα ουτως εχοντα. εις Ατταλον: vel, Και αυτου φερεται επιγραμματα. εις Ατταλον ουτως εχον. Quae proxime sequuntur, Περγαμος ουχ ὁπλοις etc. mendosissime reddita a Meibomo exhibentur,

Saepe per egregiam memoratur Pergamus armis
Urbem et equis Pisam et relligione sacram.

Ea-

Eadem bene Aldobrandinus, *Pergamus non armis inclyta solum, sed et equis, saepe celebratur Pisam per sacram.*

In caeteris, Αλλα και εις Μηνοδωρον etc. utrumque videas non leviter peccasse; quum Aldobrandinum explicantem, *Sed et in Menodorum Eudami filium, unum ex condiscipulis ab eo amatum*; tum etiam Meibomum ita, *Ac in Menodorum Eudami filium, unum ex condiscipulis amantem*. Nam est haec sententia; Arcesilam scripsisse alterum epigramma *in Menodorum, quem amavit Eudamus condiscipulus Arcesilae.* Quare τον Ευδαμου ne vertas *filium Eudami*, quum hoc ad ερωμενον oporteat referre, ut sit Ευδαμου ερωμενος, *amatus ab Eudamo*. Idem Menodorus male dicitur Aldobrandino condiscipulus Arcesilae, quasi ἑνα in Laërtio esset, non ἑνος: denique falso amatus ab Arcesila perhibetur. Pejora etiam illa sunt, *Unum ex condiscipulis amantem*.

Versus igitur, Τηλου μεν etc. si bene percipiantur, epitaphium continent Menodori, qui fuerat Eudami servus eique in pri-

mis carus, cui amator ac dominus vita functo tumulum extruxit. In his, Ως δεινος ανδρων, idem valere, atque, Ως δεινος ανδρων εφη, ostendit Is. Casaubonus: quae male Aldobrandinus, *Ut prudens es vir*; multoque absurdius ex priori interprete Meibomus, Ως δεινος ανδρων, *παντοθεν μετρευμενα*, ita,

Quem perspicaci mensus es praesentia.

Sic ista namque latine debent exprimi, *Ast ad Acherontem haud fandum sunt aequa itinera, ut ait vir sapiens* (Anaxagoras) *undique dimensa*. Itidem inscite iidem, Πολλων πενεςεων, *Pauperrimo quidem*. Πενεςαι enim servi erant apud Thessalos, de quo Suidas: eoque nomine interdum vocabantur, ut fieri solet, etiam caeteri. Auctor Eustathius Iliad. Π. in fine, Κωμικος δε τις επι τȣ ἁπλως δȣλȣ τȣς πενεςας τιθησι. Quare, Πολλων πενεςεων προσφιλεςερος, equidem interpretor, *Multis servis eras carior*.

Paullo ante, in secundo carmine videlicet, Καδαναδη latine redditur *Cada-*

na-

nade. Sed mihi videtur nomen esse Καδανα; δη autem particula adjuncta ad verſum explendum. Forsan fuerit Καδοι urbs, quam alii in Phrygia, quidam in Lydia, aliqui in Mysia ponunt. Eadem tom. 2. concil. edit. Hard. pag. 171. dicitur πολις των Καδονων, quae ab antiquo interprete latino vocatur civitas *Cadena*, et pag. 271. *Cadonia*. Καδονων habemus etiam in antiquis nummis ab Harduino illustratis. Iidem Plinio *Caduent* lib. 5. sect. 30. At Stephano, Καδηνοι; scribit enim, Καδοι πολις Μυσιας... Το εθνικον Καδηνος.

Habeto jam totum epigramma, Τηλε μεν etc. ad verbum de graeco converſum: *Procul eſt quidem Phrygia, procul et sacra Thyatira, ac o Menodore* (nam, κ' ω Μενοδωρε, malim) *patria tua Cadena. Aſt ad Acherontem haud fandum ſunt aequa itinera, ut ait vir ſapiens, undique dimenſa. Hunc tamen tumulum illuſtrem fecit tibi Eudamus, cui tu multis ſervis fuiſti carior.*

§. XXV.

AD SECT. XXXIII. LIB. IIII. IN ARCESILA.

Versus Timonis de Arcesila quomodo legendi ac intelligendi sint.

Τῃ γαρ εχων Μενεδημος ὑπο ϛερνοισι μο-
λυβδον
Θησεται, η Πυῤῥωνα το παν κρεας, η Διο-
δωρον.

Recte Is. Casaubonus pro Θησεται, legit Θευσεται, quod est *curret*, ex Eusebio. Etiam Θυσεται quadraret a Θυω, quod est ὁρμω. Idem pro Μενεδῆμος (nam de Arcesila sermo est) scribit Μενεδημȣ ex eodem Eusebio; quod bene habet. Sed ego malim Μενεδημον, ut est in editione Laërtii Romana ac in nonnullis mss. codicibus Stephanianis. Nam, ut in altero versu dixit, Εχων Πυῤῥωνα το παγκρεας, ita heic, opinor, Μενεδημον μολυβδον hac sententia: *Ille ruet instructus Menedemo, tamquam plumbo sub pectore, aut Pyrrhone, velut* παγ-

παγκρεατι. Παγκρεας porro (nam heic ita legas velim, ut in Eusebio, non autem παν κρεας) est *Corpus glandulosum, in medio mesenterio situm, vasorum divisiones fulciens*, ut verbis utar Gorraei apud H. Stephanum in thes. graeco. Arcesilas enim praeter Academicos etiam Diodorum, Pyrrhonem ac Menedemum audivit, ut eorum armis ac viribus instructior ad pugnandum accederet; quemadmodum narrat Numenius Pythagoreus apud Eusebium eodem loco, nempe lib. 14. praep. ev. cap. 5. pag. 729. Qui, postquam de Diodoro ac Pyrrhone dixit, idem de Menedemo subiecit his verbis, Τιμων δε και ὑπο Μενεδημȣ το εριςικον φησι λαβοντα εξαρτυθηναι, ειπερ γε δη φησι περι αυτȣ· Τη μεν εχων Μενεδημȣ ὑπο ςερνοισι etc. Menedemi discipulum fuisse, etiam Laërtius inquit paullo ante per haec, Και των Ερετρικων ἡπτετο λογων.

Vides ergo, versus Timonis perperam explicatos, tum ab Aldobrandino, *Qua enim habens Menedemum sub pectoribus plumbum locabit, aut Pyrrhonem omnem*

carnem, *aut Diodorum*: tum ab altero interprete, unde Meibomus,

Hunc sequitur Menedemus, habens sub pectore plumbum
Certe aut Pyrrhonem carnosum, vel Diodorum:

Is. Casaubonum vero perspicue falli, quod statuat, ες Πυῤῥωνα scribi oportere, non autem ἢ Πυῤῥωνα, ut editum est. Nam etsi in altero versu, qui deinde ab Laërtio adfertur, sit

Νηξομαι εις Πυῤῥωνα, η εις σκολιον Διοδωρον,

tamen est alia sententia: in illo dicitur Arcesilas Menedemi aut Pyrrhonis aut Diodori sermonibus armatus in certamen descendere; in hoc ad Pyrrhonem ac Diodorum se conferre: quamvis demonstret locus uterque, eorum philosophorum Arcesilam discipulum ac sectatorem fuisse; qua de caussa Laërtius scripto tradidit. Nam sic ait, Αλλα και τον Πυῤῥωνα κατα τινας εζηλωκει· και της διαλεκτικης ειχετο (audito Diodoro dialectico). και των Ερετρικων ηπτε-

τετο λογων. οὐδὲν.... και ὁ Τιμων επ' αυτυ φησιν ὅτως· Τῃ γαρ εχων Μενεδημον.... και διαλιπων αυτον ποιει λεγοντα,

Νηξομαι εις Πυῤῥωνα και εις σκολιον Διοδωρον.

Postremum hoc, Νηξομαι εις Πυῤῥωνα etc. equidem intelligo, *Nabo, transgrediar ad Pyrrhonem, et ad obliquum Diodorum*: neque enim sequor Franc. Vigerum, qui ad Euseb. loc. cit. docet, εις Πυῤῥωνα και εις Διοδωρον heic idem esse, ut δικην Πυῤῥωνος και Διοδωρυ; qui modus est loquendi rarior et a communi consuetudine remotior. Neque tamen, si non ita intellexeris, efficitur, quod ille quidem arbitrabatur, ut Νηξομαι εις Πυῤῥωνα sit, *In Pyrrhonem*, hoc est, *contra Pyrrhonem ferar*.

§. XXVI.

AD SECT. XXXVIIII. XXXX. XXXXI. XXXXII. LIB. IIII. IN ARCESILA.

Eumenem regem Philetaero genitum non fuisse. Pausaniae locus emendatus ac expositus. Pro Αδελφοι δε legendum Αδελφιδες δε. Impugnantur Romulus Amasaeus, Sylburgius, Loescherus. τε Προγραμμα nova

quaedam significatio indicatur. Tum de Εκαστοτε aliquid. ex Επετυχε, quo forsan referendum. Interpretum ac Menagii errores quidam. Adduntur Laërtii emendationes duae.

Αλλα και εχορηγει αυτῳ πολλα [1] Ευμενης ὁ τȣ Φιλεταιρȣ. [2] διο και τȣτῳ μονῳ των αλλων βασιλεων προσεφωνει. πολλων δε και τον Αντιγονον θεραπευοντων, καὶ, ὁτε ἡκει, απαντωντων, αυτος ησυχαζε, μη βȣλομενος προεμπιπτειν εις γνωσιν. Φιλος τε ην μαλιςα Ιεροκλει τῳ την Μȣνιχιαν εχοντι και τον Πειραια. [3] εν τε ταις ἑορταις κατῃει προς αυτον ἑκαςοτε. και δη και πολλα εκεινȣ συμπειθοντος, ὡςε ασπασασθαι τον Αντιγονον, ȣκ επεισθη, αλλα ἑως πυλων ελθων ανεςρεψε. μετα τε την Αντιγονȣ ναυμαχιαν πολλων προσιοντων, και επιςολια παρακλητικα γραφοντων, αυτος εσιωπησεν. αλλ' ȣν ὁμως ὑπερ της πατριδος εις Δημητριαδα επρεσβευσε προς Αντιγονον, [4] και ȣκ επετυχε..... [5] Και γαρ και Δημετριȣ τȣ πλευσαντος εις Κυρηνην, επι πλεον ερασθηναι λεγεται, και Λεωχαρȣς τȣ Μυρλεανȣ... τȣτȣ δη ηρων και Δημοχαρης ὁ Λαχητος

και

και Πυθοκλης ὁ του Βουγελου. ους καταλαβων, ὑπ' ανεξικακιας παραχωρειν εφη... Μαλιϛα δε επετιθεντο αυτῳ παρα Ιερωνυμῳ τῳ περιπατητικῳ, ὁποτε συναγοι τους φιλους ες την Αλκυονεως του Αντιγονου υἱου ἡμεραν. εις ἡν ἱκανα χρηματα απεϛειλεν ὁ Αντιγονος προς [6] απολαυσιν. ενθα και παραιτουμενον ἑκαϛοτε τας επικυλικειους εξηγησεις, και προς Αριδηλον προτεινοντα τι θεωρημα, και αξιουντα εις αυτο λέγειν, ειπεν. ἀλλ' αυτο τουτο μαλιϛα φιλοσοφιας ιδιον, το καιρον ἑκαϛων επιϛασθαι. εις δε το διαβαλλομενον αυτῳ φιλοχλον και Τιμων τα τε αλλα φησιν, αταρ δη etc.

[5] Ευμενης ὁ του Φιλεταιρου, interpretes vertunt, *Eumenes Philetaeri filius*: quod dici omnino non potest. Fuit enim Philetaerus a puero eunuchus; Eumenes vero, qui post Philetaerum regnavit, patrem cognominem habuit Eumenem Philetaeri fratrem, narrante Strabone lib. 13. pag. 925. edit. Amstelod. Quippe fratres Philetaero Eumenes et Attalus fuere: et ille quidem Eume-

menem genuit, qui Philetaero, hic Attalum, qui Eumeni ſucceſſit. Quare, niſi forte Laërtius erraverit, Ευμενης ὁ τε Φιλεταιρε, eſt Eumenes a Philaetero adoptatus ac regni heres relictus. Hunc excepit, ut modo dixi, ejuſdem patruelis Attalus: de quo hic eſt Pauſaniae locus in Atticis pag. 19. edit. Lipſ. an. 1696. Ο δε Ατταλος Ατταλε μεν παις ην, αδελφε δε Φιλεταιρῳ την αρχην Ευμενες παραδοντος εσχεν ανεψιε, ſane praviſſime a Romulo Amaſaeo redditus, *Hic autem Attalus Attali quidem filius fuit; regno vero, quod Eumenes frater Philetaero conceſſerat, ſui patruelis potitus eſt*. Nam, ut alia taceam, regnum non Eumenes frater Philetaero, ſed Philetaerus Eumeni fratris filio tradidit. Ipſa autem Pauſaniae verba, certe mendoſa, haud paullo mendoſiora in ſuis adnotationibus facta a correctore Sylburgio ſunt, ita ſcilicet, Ο δε Ατταλος Ατταλε μεν παις ην, Φιλεταιρε δε Ευμενει τῳ αδελφῳ την αρχην παραδοντος, εσχεν ανεψιε: his enim partim falſam, partim nullam ſubeſſe ſententiam per-

perspicuum est. Quippe non frater, ut notavi, sed fratris filius Eumenes regnum a Philetaero habuit. Deinde εσχεν ανεψιου, heic quidem omni prorsus significatione caret. Loëscherus quoque, qui sic exposuit, *Attalus vero Attali quidem, qui Philetaerum habuit fratrem, filius fuit, regnumque ab Eumene patruele sibi traditum tenuit*, etiamsi non falsum dixerit, non id tamen certe, quod graeca exhibent, reddidit. Namque, ut istud exprimerent, hujusmodi esse deberent, Ο Ατταλος δε Ατταλου μεν παις ην αδελφου Φιλεταιρῳ, την αρχην δε Ευμενους παραδοντος εσχεν ανεψιου. Vide jam, an, quod ego dicam, ad verum propius accedat. Pro Αδελφου δε lego tantum Αδελφιδους δε: itaque sanum hunc locum adsero. Habe latine translatum: *Attalus vero Attalo quidem fuerat genitus; Philetaero autem* αδελφιδους, hoc est, *fratris filius, regnum ab Eumene eo, qui patruelis ipsius erat, traditum habuit*. Enim vero quum Attalus Philetaeri, a quo principatus Attalicorum regum exordium sumpsit, esset

αδελφιδυς, ideo regnum, inquit Pausanias, παραδοντος Ευμενυς ανεψιυ, *tradente hoc illi Eumene patruele*, qui ab ipso Philetaero acceperat, consequutum.

Redeo ad Laërtium. Quae sequuntur, Διο και τυτῳ μονῳ των αλλων βασιλεων προσεφωνει, Aldobrandinus ita, *Quamobrem ad hunc solum ex omnibus regibus libros suos scribebat*: in eandemque sententiam haec Meibomus ac Menagius sunt interpretati. Sed hoc certe falsum; uti jam est ab Alberto Fabricio in bibl. gr. ubi de Arcesila, notatum. Nullos enim libros ab Arcesila editos Plutarchus de ſort. Alex. pag. 328. Laërtius sect. 32. et ex Laërtio Suidas tradidere. Quare Τυτῳ μονῳ προσεφωνει, idem Fabricius explicat, *Solum e regibus Eumenem accessit cumque eo loquutus Arcesilas fuit*. Quod tamen Menagius non probat, propterea quia προσφωνειν salutandi ac adloquendi significatione, accusandi casum postulet. H. Stephanus quidem in thes. graeco, etiam quum hoc verbum compellare ac adloqui demonstrat, aliquando,

do, inquit, eundem accusandi casum habere; idque ostendit exemplo quodam ex actis apostolorum prolato. Verum id est certe rarius; et alio mihi Laërtii verba referre videtur omnino commodius: videlicet, *Ad ipsum solum ex omnibus regibus solitum Arcesilam litteras dare*. Sic paullo post, Πολλων *προσιοντων και επιςολια παρακλητικα γραφοντων* (*προς Αντιγονον βασιλεα*) *αυτος εσιωπησεν*. Etiamsi porro verbo *προσφωνειν* hanc inditam notionem, in vulgatis glossariis non legam, id nihili aestimo, quum ita usurpari a Graecis scriptoribus videam. Habes ab ipso Laërtio lib. 7. sect. 7. ubi Antigonus rex in epistola ad Zenonem, Εκρινα, inquit, *προσφωνησαι σοι, παραγενεσθαι προς εμε*, hoc est, *Ad te scribendum judicavi, ad me ut venires*. Itaque Προσφωνειν *τινι*, aeque de epistolis ac de libris, qui ad aliquem scribuntur, si vocis vis ac ratio spectetur, dici posse arbitror: quemadmodum et libros et epistolas alicui inscribere eodem modo apud Latinos receptum; quia nempe utraque ejus,

ad quem mittuntur, nomen praeferunt. Sic Tullius ad Attic. lib. 6. ep. 3. *Q. Cicero puer legit epistolam inscriptam patri suo*.

Jam illa, [3] Εν τε ταις ἑορταις κατῃει προς αυτον ἑκαςοτε, sic effero, *Ac singulis*, vel *omnibus*, *festis diebus ad eum descendebat*. Hesychius, Εκαςοτε, αει, παρ' ἑκαςα. Suidas, Εκαςοτε, αντι τȣ αει; Quare bene Ambrosius, *Diebus festis semper descendere ad eum consueverat*: non bene Aldobrandinus ac Meibomus, *Festisque diebus interdum ad eum descendebat*.

At ea quoque, [4] Και ȣκ επετυχε, aliter, atque a caeteris accepta sint, explicanda mihi videntur. Aldobrandinus vertit, *Nec quidquam profecit*; Meibomus ex Ambrosio, *Absque effectu rediit*: ego sic, *Sed etiam legatus pro patria ad Antigonum Demetriadem profectus, nec ipsum convenit*. Qui antecedentia diligenter consideraverit, meam, credo, opinionem probabit. Dixerat enim Laërtius, Antigono Arcesilam obviam ire noluisse, contempsisse ejus amicitiam, nec salutasse unquam aut alloquu-

quutum esse; quumque ab Hierocle persuasus ad portas pervenisset eum compellandi gratia, regressum: nunc addit, progressum Demetriadem usque legatum pro patria, ne tum quidem, ut adiret, adduci potuisse. At vero eum nihil profecisse ad Antigonum missum, hoc quidem loco tradere non multum intererat. Nescio, an apertior Laërtii sententia sit ex Hesychio Milesio: Ουκ εθεραπευσε δε (Αρκεσιλας) τινα των βασιλεων. διο και πρεσβευων προς Αντιγονον ὑπερ της πατριδος ουκ επετυχεν: quem tamen Hadr. Iunius perinde, ut Laërtium caeteri, est interpretatus, *Nihil obtinuit*. Επιτυγχανειν porro a Graecis ita adhiberi, quemadmodum exposui, docet H. Stephanus in thesauro, idque Platonis auctoritate confirmat.

Postea haec, ' Και γαρ και Δημητριου του πλευσαντος εις Κυρηνην, cum Aldobrandino reddenda, *Nam et Demetrium eum, qui Cyrenem navigavit*; male enim ex Ambrosio Meibomus, *Quum is Cyrenem navigasset*. Vicissim Ους καταλαβων deinceps, vertenda cum Ambrosio ac Meibomo, *Quos quum*

quum deprehendisset, non autem, ut Aldobrandinus, *Quos cum accepisset*. De Demetrio narrat Menagius ex Iustino lib. 26. *in novercae concubitu caesum*, quem ita corriges, *in socrus concubitu*. Adi Iustinum.

Paullo post, [6] *απολαυσις* convivium, opinor, maxime significat: idque, quae statim sequuntur, satis declarant, Ενθα και παραιτεμενος εκαςοτε etc. hoc est, *Ubi, qui semper disputationes quae inter scyphos habentur, devitaret, Aridelo quaestionem quamdam proponenti ad eamque dicere jubenti, respondit; at enim hoc ipsum maxime philosophiae munus est, singularum rerum opportunitatem agnoscere*. Παραιτεμενος porro equidem recte legi, ut est in mss. codicibus Cantabrigensi et Arundelliano, non παραιτεμενον, ut in editis. Mox etiam Εις δε το διαβαλλομενον αυτε φιλοχλον malo, quod praefert Basileensis editio, quam αυτω φιλοχλον, quod posteriores caeterae: id est, *In quo vero tamquam popularis accusabatur* etc.

§. XXVII.

§. XXVII.

AD SECT. XXXXVIIII. LIB. IIII. IN BIONE.

Dictum Bionis declaratur. Laërtius ex ingenio corrigitur.

Ελεγε δε συνεχες, ὁτι αἱρετωτερον εςι την ὡραν αλλῳ χαριζεσθαι, η αλλοτριας αποδρεπεσθαι· και γαρ εις σωμα βλαπτεσθαι και εις ψυχην.

Mihi legendum videtur, η εις ψυχην, hac sententia: *Crebro habebat in ore, optabilius esse, aetatis florem alteri gratificari, quam alienum decerpere: corpore enim potius quam animo laedi.* Quod ex falsa opinione dicit, videlicet, qui hujusmodi agit, non etiam, qui patitur, flagitium patrare.

§. XXVIII.

AD SECT. LII. LIB. IIII. IN BIONE.

De Archyta musico. Quo spectent carmina Bionis. Quid, της ταυτης ωδος, significet.

Ευφυης γαρ ην και παρῳδησαι: οἱα εςιν ἀυτȣ και ταυτα,

Ω πεπον Αρχυτα, ψαλληγενες, ολβιοτυφε,
Της ὑπατης εριδος παντων εμπειροτατ᾽ ανδρων.

Haec Bionis carmina, quorum sententiam Laërtii interpretes non viderunt, petunt, opinor, non Tarentinum Archytam, sed alterum Mitylenaeum musicum, quem memorat Laërtius lib. 8. sect. 82. Δευτερος, Μιτυληναιος μȣσικος: et Athenaeus lib. 13. cap. 8. Αρχυτας δε ὁ Αρμονιακος. Id vero colligitur e voce ψαλληγενες et ex verbis, της ὑπατης εριδος etc. quae nos ad musicam referre non dubitamus. Quippe in fidibus ἡ ὑπατη, vel ἡ ὑπατη χορδη est, *quae gravissimum sonum edit*, ἡ τον βαρυν φθογγον αποτελȣσα, inquit Suidas; cui ex adverso respondet ἡ νητη, quae acutissimum efficit. Quum vero de istis multa a musicis disputarentur; quod liquet ex eorum libris, qui supersunt, una a M. Meibomo editis; Bion Archytam irridens, vocat *certaminis de summa chorda omnium hominum peritissimum*: qui versus επαρῳδηθη

θη

θη ex illo Homeri Il. A. 146. Ηε συ Πηλειδη παντων εκπαγλοτατ' ανδρων. Idem Homerus ερις πολεμοιο, εριδα αεθλων et alia his similia: et Euripides in Oreste, χρυσειας ερις αρνος; quod ipsam rem, de qua certatur, significat. Της ὑπατης εριδος, male Aldobrandinus, *supremae rixae*: etiam deterius utrumque carmen ab alio interprete conversum exhibet Meibomus:

O tener Archyta nitidoque beatule fastu
Litibus et cantu superas dicacibus omnes.

§. XXVIIII.

AD SECT. XI. LIB. V. IN ARISTOTELE.

Versus Theocriti Chii prave explicatus. Suidas a doctorum reprehensione defensus. Quo sensu scripserit, Εν δε τοις τε Ιππωνακτος στιχοις ιαμβικοις. Carmen, Ευνεχος ων και δελος ηχω Ερμιας, emendatur. Notatur αβλεψια Kusteri.

Ερμειυ ευνεχε, ηδ' Ευβελε ἁμα δελε
Σημα κενον κενοφρων τευξεν Αριςοτελης.

Primum Theocriti Chii carmen e graeco vitiosissime expressum, in editis Amstelo-

dami atque alibi libris legere est: *Hermiae eunuchi simul Eubulique sepulcrum*. Etenim non heic duorum, Hermiae et Eubuli, sed unius Hermiae, qui eunuchus ac servus Eubuli fuerat, sepulcrum significatur. Quamquam, si Harpocrationem audiamus, Ερμιου ευνουχου potius heic esse, quam Ερμειου ευνουχου, deberet. Ejus enim illa sunt, Τουτον δε τον Ερμιαν μονον γραφουσι δια του Ι; quod tamen verum non videtur; siquidem utrumque, Ερμιας nimirum et Ερμειας, scriptum apud antiquos conspicitur. Verba modo allata ex Harpocratione desumpsit Suidas, iisque illa subjecit, Εν δε τοις του Ιππωνακτος στιχοις ιαμβικοις ευρηται στιχος ουτως,

Ευνουχος ων και δουλος ηρχεν Ερμιας:

ob quae sane a Menagio in adnot. ad sect. 5. et ab aliis graviter reprehensum video propterea, quod illud

Ευνουχος ων και δουλος ηρχεν Ερμιας

Hipponacti, qui longe hujus Hermiae, Aristotelis fere aequalis, aetatem anteivit, tamquam auctori tribuere visus sit,

Sed

Sed juvat Suidae locum paullo diligentius considerare, ut ejus sententiam, quae hactenus sapientes latuit, explicemus; Suidam vero ipsum a gravissimi erroris culpa, si possumus, absolvamus. Enim vero quis credat, tam rudem tamque ignarum temporum atque imperitum fuisse, ut antiquissimum poëtam, quem Ol. 60. floruisse Plinius tradit lib. 37. cap. 5. itaque ducentis fere annis Hermia vetustiorem, ipsum post Hermiam vixisse existimaret? Aliter ergo Suidam accipere atque interpretari oportere mihi est exploratum: illaque Ἐν δὲ τοῖς τȣ Ἱππώνακτος ϛίχοις ἰαμβικοῖς, non, quod putant caeteri, *Inter iambicos versus ab ipso Hipponacte compositos*, sed potius, *Inter Hipponactis metro scriptos*, omnino exprimere pro certo habeo. Scimus enim iambicorum carminum auctores Archilochum et Hipponactem fuisse, eum quidem iambici recti, hunc autem claudi, seu choliambici: quod, ut alios taceam, Clemens Alex. Strom. 1. pag. 365. edit. Venet. prodit. Nam postquam Suidas *Hermiam* per

 I no-

I notari declaravit, quod ab Harpocratione praeceptum invenerat; quia idem per EI quoque in aliis scribi non ignorabat, idcirco illa subdidit, Εν δε τοις τȣ Ιππωνακτος ϛιχοις ιαμβικοις etc. id est, *Inter iambicos tamen Hipponacteos* ferri hunc, Ευνȣχος ων και δȣλος etc. Addidit autem *Hipponacteos* data opera, quia nempe Ερμειας in eo esse, non Ερμιας, significare voluit. Desinit enim spondeo choliambicum seu Hipponacteum carmen, quum alterum multo sane communius atque usitatius iambo finiatur.

Vides me porro heic, ηρχεν Ερμειας, non ηρχεν Ερμιας, ab Suida scriptum ponere: idque sane merito ac jure; quum sit ex ipsis ejus verbis apertissimum; ut idem valde mirer, unquam animadversum ab aliis non fuisse. Pugnaret enim secum evidenter, qui versum Hipponacteum, quocumque tamdem modo τȣ Ιππωνακτος accipias, seu choliambicum se heic exhibere professus, postea non claudum, sed rectum, scribendo ηρχεν Ερμιας, litteris mandaret. Quamvis vero hoc satis ex se ipso perspicuum

Digitized by Google

cuum ac manifestum sit, idem tamen praeterea Photii auctoritate confirmatur: qui hunc eundem, quo de agimus, versum memoriae tradens cod. 279. sub initium, utique Ερμειας in eo legendum offert. Quo ex loco etiam de pervulgati hujus carminis auctore conjecturam aliquam capere possumus, sumptum id videlicet fuisse ex Helladii των χρηςομαθειων libris; quum illud Photius in excerptis Helladiani operis, quod iambicis ex versibus compositum testatur pag. 1596. exhibeat.

Dixi, ηρχεν Ερμειας Suidam primum scripsisse; quod deinde corrupit librarius quidam, fortasse quia, quod ille docuerat, Τον Ερμιαν μονον γραφουσι δια του Ι, hoc ipsum scilicet, ut ηρχεν Ερμιας heic esset, requirere videretur. Postea Kusterus aliquid ipse quoque ad Suidam depravandum contulit: siquidem ηρχεν Ερμιας, plane videns, sententiam vero omnino non videns; ut hoc, credo, cum iisdem illis, Τον Ερμιαν μονον γραφουσι δια του Ι, melius congrueret; quum editi libri omnes,

Εν δε τοις τȣ Ιππωνακτος, haberent, in eo, quem is Cantabrigiae vulgavit, ex ingenio, opinor, Εν γαρ τοις posuit: itaque, hunc locum, quod minime voluit, certe tamen vitiosiorem reddidit.

§. XXX.

AD SECT. LXXXI. LIB. V. IN DEMETRIO.

Quid sit περι Δοκȣ, de quo Demetrius Phalereus ſcripſit. Holstenius, Menagius, Kuhnius refutati.

Περι τȣ δοκȣ.

Quaeritur a doctis, quid sit περι τȣ δοκȣ; de quo librum Demetrius Phalereus conscripsit. Eruditus, nescio quis, ut apparet in libris Amstelodami vulgatis, περι δοκιμȣ scribendum censet: Holstenius apud Menagium περι τοκȣ: Menagius vero ipse atque una Joachimus Kuhnius tenent περι δοκȣ; sed explicant *de opinione*. Quos omnes vehementer errare mihi persuasum est. Δοκος enim, de quo Laërtius, est ignis in speciem trabis emicans, a qua nomen accipit, pertinens ad genus των μετεωρων, seu

των

των μεταρσιων. De his Plinius lib. 2. cap. 26. *Emicant et trabes simili modo, quas δοκυς vocant:* Suidas et alii δοκιδας appellant. Ut vero ita sentiam; moveor Achillis Tatii testimonio, qui de iis Demetrium scripsisse tradit isag. in Arat. cap. 34. Περι δε κομητων και δοκιδων επραγματευσαντο πολλοι, ὥσπερ και Δημητριος. Etiamsi vero non exprimat, quis fuerit, quum multi ferantur Demetrii, esse tamen eum, qui Phalereus vocitatus est, ex hoc ipso Laërtii loco conjicio. His addo, Δοκος, si pro opinione sumatur, poëticum esse, et a prosae orationis usu alienum videri. Semel utitur Callimachus apud Eustathium ad Odys. pag. 1627. lin. 43., et 1761. lin. 34. sic, Τῳ γ' εμῳ δοκῳ: et Xenophanes philosophus in eo carmine, quod saepius a Sexto recitatur, Δοκος δ' επι πασι τετυκται. Non tamen unquam, quod putaverit quispiam, Menagium legens, illud adhibet Sextus ipse: quin, veluti minus notum atque usitatum, interpretatur lib. 1. adv. log. sect. 51. his verbis, Δοκον δε την δοκησιν και την δο-

ξαν,

ξαν, hoc est, Δοκον vero Xenophanes intelligit, την δοκησιν et την δοξαν.

§. XXXI.

AD SECT. XVIII. LIB. VI. IN ANTISTHENE.

De Diogene ad Antisthenem ingresso narratiuncula explanatur: in qua και Τοτε pro και Ποτε legendum ostenditur.

Ετελευτησε δε αρρωςια. οτε και Διογενης εισιων προς αυτον εφη, μητι χρεια φιλυ; και ποτε παρ' αυτον ξιφιδιον εχων εισηλθε. τυ δ' ειποντος, τις αν απολυσῃ με των πονων; δειξας το ξιφιδιον εφη, τυτο. και ος· των πονων ειπον, υ τυ ζην.

Puto, ad idem tempus esse referenda Diogenis verba ad Antisthenem, Μη τι χρεια φιλυ; ac, quae deinde narrantur, Και ποτε παρ' αυτον ξιφιδιον εχων etc. Manca enim historia videretur, si verbis, Εφη, μητι χρεια φιλυ, terminaretur. Quare pro και ποτε, legas velim και τοτε, tum isto modo haec interpreteris: *Mortuus est morbo* (Antisthenes): *quo tempore Diogenes ad eum*

eum veniens, ipsum rogavit, numquid amico indigeret? intraverat autem tunc cum pugione Diogenes: quum is, quis me laboribus eripiet? Hic, inquit Diogenes, pugionem ostendens etc. Sic etiam Iulianus orat. 6. ex eoque Suidas rem narrant, ut illa Εφη *μητι χρεια φιλȣ*, a caeteris Δ*ειξας το ξιφιδιον* etc. neutiquam separanda esse intelligamus. Nam ajunt: *Αρρωϛȣντι Αντισθενει μακραν και δυσαναληπτον αρρωϛιαν ὁ Διογενης ξιφιδιον επιδεδωκεν ειπων, ει φιλȣ χρηζεις ὑπȣργιας* etc. Corrigendi igitur Laërtii interpretes, qui vulgatam lectionem sequuti, ita efferunt, ***Aliquando item intraverat sicam habens.***

§. XXXII.

AD SECT. XX. LIB. VI. IN DIOGENE.

De oraculo, quod Diogeni redditum est. Laërtii locus exponitur; idemque ab Is. Casaubono, Gasp. Barthio, Aegid. Menagio corruptus, vindicatur. Kuhnius ac Laërtii interpretes reprehensi.

Και ελθοντα εις Δελφȣς, η εις το Δηλιον, εν τῃ πατριδι, Απολλωνος πυνθανεσθαι,

θαι, ει ταυτα πραξει, άπερ αναπειθεται. τȣ δε συγχωρησαντος το πολιτικον νομισμα ȣ συνεις το κερμα κιβδηλευσας και φωραθεις, ώς μεν τινες, εφυγαδευθη, ώς δε τινες, έκων ύπεξηλθε φοβηθεις.

Hic locus non bene perceptus viris doctissimis, qui ad Laërtium commentati sunt. Nam vitiosum putant, quum tamen omnino sanus ac valde facilis videatur. Is. Casaubonus sic emendat, Απολλωνος πυνθανεσθαι, ει ταυτα πραξει, άπερ αναπειθεται (το πολιτικον νομισμα συνεις) τȣ δε συγχωρησαντος, το κερμα etc. Barthius Advers. lib. 42. cap. 19. sic, Τȣ δε συγχωρησαντος το πολιτικον νομισμα μολυνειν, το τερμα etc. Menagius vero ita, Τȣ δε συγχωρησαντος, το πολιτικον νομισμα συνεις, το κερμα etc. vel potius, το Πυθικον νομισμα ȣ συνεις, το κερμα etc. Accipe jam, ut eundem locum ego distinguam, ac, ne una quidem litterula dempta vel addita, nullo negotio exponam: Τȣ δε συγχωρησαντος το πολιτικον νομισμα, ȣ συνεις, το κερ-

Digitized by Google

κερμα κιβδελευσας etc. id est, *Quo* (Apolline) *sibi civium instituta concedente, is hoc non intelligens, quum pecuniam adulterasset* etc. Scilicet quum Diogenes publicam mensam haberet, atque ei quidam suasissent, ut pecuniam adulteraret, Apollinem consuluit, quid sibi faciendum esset; quo respondente his verbis, quae, ut alios mittam, Iulianus orat. 6. advers. Cynic. memoriae prodidit, Παραχαραξον το νομισμα, Diogenes ου συνεις, *hoc non intelligens*, videlicet, quid vellet Apollo, monetam falsavit. Nam, quum το νομισμα, tum *pecuniam*, tum etiam *legem*, *institutum*, *opinionem* demonstret, Diogenes de pecunia accepit, de qua interrogaverat; Apollo autem alterum significare voluit; quo eum ad philosophiam hortabatur, cujus ope civium instituta ac communes opiniones corrigeret, reique publicae novam veluti formam imprimeret. Quare sect. 71, Τοιαυτα διελεγετο και ποιων εφαινετο (Diogenes) οντως νομισμα παραχαραττων, μηδεν ουτω τοις κατα νομον, ὡς τοις κατα φυσιν διδους. Alia leges apud Menagium. Sed,

Sed, ut ad superiora me referam, *Το πολιτικον νομισμα* omnes fefellit: esse enim putarunt *civilem* vel *publicam monetam*, quum Laërtius *instituta reip.* designare velit; itaque *τῳ κερματι*, quod est *nummus*, opponit, si loci vis ac sententia percipiatur. *Το πολιτικον* porro Apollo non dixerat: tum enim Diogenes non esset nominis ambiguitate deceptus, ac facile admodum oraculi mentem fuisset adsequutus, sed additum id ab Laërtio est declarandi caussa, cujus esset generis *το νομισμα*, de quo oraculum responderat. Nimirum, rogante Diogene, *ει παραχαραξει*, Phoebo autem per ea verba *Παραχαραξον το νομισμα*, nullo modo *το νομισμα*, quod est nummus seu *το κερμα*, verum *το νομισμα το πολιτικον παραχαξαι* Diogeni concedente, ille *ου συνεις*, putavit *το κερμα* dicere, idque falsavit: ex quo in exilium est actus.

Porro *το κερμα* exhibent Stephanianae editiones, Romana vero ac Basileensis *το τερμα*. Errant autem profecto, qui istas sequuntur; atque ita legentes, *Ου συνεις το τερ-*

τερμα, id interp etantur cum Aldobrandino, *Finem non intelligens*, aut cum Io. Kuhnio, *Non intelligens, quo tenderet oraculum*. Τερμα enim est fere idem ac *terminus* apud Latinos, nec denotare unquam solet propositum aut caussam, propter quam aliquid fit, aut dicitur. Jam, ut Ambrosium praetermittam, qui prave locum ita reddidit, *Quod quum sibi permissum esset, eventum rei non intelligens de civili moneta aes adulterasse*; satis ridicule Meibomus Ου συνεις το κερμα explicavit, *Civilem monetam, cujus valorem non intelligeret*.

§. XXXIII.

AD SECT. XXIII. LIB. VI. IN DIOGENE.

De Diogene statuas nivibus conspersas amplexante: ubi Συνεστων pro Συνασκων subjicitur.

Και θερους μεν επι ψαμμου ζεσης εκυλινδειτο, χειμωνος δε ανδριαντας κεχιονισμενους περιελαμβανε, πανταχοθεν εαυτον συνασκων.

De-

Desiderius Heraldus apud Menagium, pro συναϲκων legit ex ingenio σωμαϲκων, quod minime placet. Menagius retinet συναϲχων, ut editum est. Mihi autem multo verisimilius videtur, Laërtium scripsisse συναπτων: quod et aliis, qui rem diligentius expenderint, visum iri confido. Erit enim sententia hujusmodi: *Ac aestate quidem in arena ferventi volutabatur: hieme vero statuas nivibus conspersas, toto corpore inhaerens, complectebatur.*

§. XXXIIII.

AD SECT. LXXII. LIB. VI. IN DIOGENE.

De opinione Diogenis, communes esse feminas oportere. Pro τον Πεισαντα τῃ Πεισασῃ, scribendum τον Παντα τῃ Πασῃ.

Ελεγε δε και κοινας ειναι δειν τας γυναικας, γαμον μηδεν ονομαζων, αλλα τον πεισαντα τῃ πεισασῃ συνειναι· κοινυς δε δια τυτο και τυς ὑιεας.

H. Stephanus pro πεισασῃ legit ex ingenio πεισθεισῃ. Nos vero Τον παντα τῃ πα-

πασῃ, pro Τον πεισαντα τῃ πεισασῃ, omnino scribendum judicamus, Suffragatur Laërtii editio princeps, τῃ πασῃ habens reapse. Praeterea in Zenone lib. 7. sect. 131. eadem Diogenis sententia traditur his verbis, Τον εντυχοντα τῃ εντυχȣσῃ, hoc est, *Quemlibet qualibet uti*; quae certe ab ista, Τον παντα τῃ πασῃ, nihil differt. Placet locum ex Zenone describere. Αρεσκει δ' αυτοις (Stoicis) και κοινας ειναι τας γυναικας δειν παρα τοις σοφοις· ὡςε τον εντυχοντα τῃ εντυχȣσῃ χρησθαι, καθα φησι Ζηνων εν τῃ πολιτειᾳ και Χρυσιππος εν τῳ περι πολιτειας· αλλα τε Διογενης ὁ κυνικος και Πλατων.

§. XXXV.

AD SECT. LXXVII. LIB. VI. IN DIOGENE.

De morte Diogenis. Νυσταλες in locum Νυκταλες substituendum videri. Suidas castigatur.

Κατα δε το εθος ηκον οἱ γνωριμοι. και αυτον καταλαμβανȣσιν εγκεκαλυμμενον, ȣδ' εικασαν αυτον κοιμωμενον. ȣδε γαρ ην τις

 νυκ-

νυκταλος και ὑπνηλος. ὁθεν αποπετασαντες τον τριβωνα, εκπνȣν αυτον καταλαμβανȣσι.

Νυκταλος exponitur ab Suida, unde Favorinus deſcripſit, *noctis amans*. En ejus verba, quae Menagius quoque ad hunc locum notavit: Νυκταλος· ὁ νυκτα φιλων. περι Διογενȣς τȣ κυνος φησιν· ȣδε γαρ ην τις νυκταλος και ὑπνηλος. Sed neque νυκταλος hoc exprimit, quod eſt νυκτα φιλειν, et praeterea eſt inepta ſententia, *Non eum dormire ſuſpicati ſunt*; *nec enim erat noctis amans*. Mendum igitur νυκταλος videtur: pro quo ſimillimum nomen ego ſubſtituo, νυσταλος nimirum, hoc eſt *dormitator*, quod in hunc locum perbelle cadit, Is autem latine redditus, erit hujuſmodi: *Ad quem quum familiares, ut ſolebant, veniſſent, opertum offenderunt: nec vero eum dormire ſuſpicati ſunt*; *non enim is dormitator aliquis*, τις νυςαλος, *ac ſomniculoſus erat*, *Quocirca*, *aperto pallio*, *cum exanimem reperiunt*. Heſychius νυςαλεον interpretatur ὑπνηλον: et in Etymologo habemus νυςαλογεροντιον, quod

quod est *somniculosus senecio*. Ducitur autem *νυςαλεος* seu *νυςαλος* a *νυςαζω*, *dormito*.

Suidam porro non est mirum *νυκταλος* in Laërtio reperisse: pleraeque enim ejus mendae Suidae superant aetatem; quippe quum eaedem fere apud Suidam, Laërtium compilantem occurrant. Repertum vero plane novum ac inusitatum vocabulum, ut potuit, explicavit, idque ad rem apposite atque accomodate, ut sibi visus est; nihil prorsus de vera lectione, ut erat destitutus acumine ingenii ac judicandi sollertia, suspicatus.

§. XXXVI.

AD SECT. LXXXXI. LIB. VI. IN CRATETE.

Cratetis in vestitu negligentia. Rejecta Kuhnii emendatio quaedam. Pro Ανεπιτρεπτευτα subditur Ανεπιστρεπτευοντα: cujus verbi vis et notio indicatur.

Ζηνων δ' αυθ' ὁ Κιττιευς, εν ταις χρειαις, και κωδιον αυτον φησι ποτε προσραψαι τῳ τριβωνι ανεπιτρεπτευντα.

Ioachim. Kuhnius pro ανεπιτρεπτȣντα ponit ανεπιπρεπȣντα: nam επιπρεπεω, inquit, est *decorus sum*, ανεπιπρεπεω *contra decorum facio*. Verum haec verba ab ipso Kuhnio conficta, mihi sane parum probantur. Si me audis, scribe, una tantum indita littera, ανεπιστρεπτȣντα, quod est *nihil curantem*. Ex quo efficitur haec sententia, *Cratetem aliquando detrito pallio, ovinam pellem adsuisse, nihil de vestitu laborantem*: nam graece ανεπιϛρεφης dicitur *nihil curans*, ανεπιϛροφως *negligenter*, et ανεπιϛρεψια est *contemptus*, *negligentia* apud Clem. Alex. Strom. lib. 7. pag. 840. edit. Ven, Ratio nominis est, quod ea, ad quae minime convertimur, ea negligere ac parum curare videamur: επιϛρεφω enim est *converto*; a quo habemus etiam ανεπιϛρεπτως et ανεπιϛρεπτι, vel ανεπιϛρεπτει, denique ipsam vocem, de qua loquimur, ανεπιϛρεπτεω: quam equidem in graecis glossariis non reperi; sed adhibet tamen Laërtius in vita Pythagorae sect. 17. Αποδημȣντα επι τοις οροις ανεπιϛρεπτειν, *Peregre proficiscens* *ad*

ad fines ne respicito: quod inferius repetit paullo aliter, Εις αποδημιαν βαδιζοντα μη επιςρεφεσθαι. Satis inepte, Κωδιον προσραψαι ανεπιτρεπτοντα, sic Aldobrandinus, *Pellem inversam insuisse*.

§. XXXVII.

AD SECT. XXVI. ET XXVII. LIB. VII. IN ZENONE.

Quid sit Απυρος τροφη, qua usus Zeno perhibetur. Meibomus refellitur. Versus Philemonis illustrantur. Grotius ac Io. Clericus reprehensi. Οι δε Ποσειδιππου non esse a Laërtio.

Ην δε καρτερικωτατος και λιτωτατος, απυρῳ τροφῃ χρωμενος και τριβωνι λεπτῳ ..... Οἵ γε μεν κωμικοι ελανθανον επαινουντες αυτον δια των σκωμματων· ἵνα και Φιλημων φησιν ὅτως εν δραματι Φιλοσοφοις,
Εις αρτον οψον ισχας, επιπιειν ὑδωρ.
Φιλοσοφιαν καινην γαρ ουτος φιλοσοφει·
Πεινην διδασκει και μαθητας λαμβανει.
Οι δε Ποσειδιππου.

Quid sit απυρος τροφη, docet Suidas in Απυρα σιτα, his verbis; Απυρος τροφη,

ἡ δε

ἢ δι οπωρας και λαχανων: tum subjicit Laërtii locum, Ο δε Ζηνων απυρῳ τροφῃ εκεχρητο και τριβωνι λεπτῳ. Non dissimile illud Philemonis, οψον ισχας, nimirum *siccas ficus* Zenoni *obsonium* fuisse. Idem supra sect. 1. dicitur Χαιρειν συκοις χλωροις και ἡλιοκαιαις (sic enim legere malo, quam ἡλιοκαΐαις, ut in editis) Ηλιοκαιαι autem sunt, credo, *ficus, qui in sole siccantur*, idem fere atque ισχαδες: ut ista significent, Zenonem ficubus, tum viridibus, tum passis delectatum. His omnibus profecto illa comprobantur, Απυρῳ τροφῃ χρωμενος. Addo, et in Plutarcho esse απυρα σιτια, et rursus apud Laërtium in vita Pythagorae lib. 8. sect. 13. Ωςε ευποριςους αυτοις ειναι τας τροφας, απυρα προσφερομενοις, και λιτον ὑδωρ πινουσιν. Haec, quæ caeteroquin facile prætermisissem, ideo mandavi litteris, quo M. Meibomi levitatem refutarem, qui απυρῳ τροφῃ, grave mendum esse contendit plurimis verbis, idque, seu vocem ipsam spectes, seu sententiam vel maxime: pro quo οσπριων τροφῃ, *legumi-*

num

num alimento, legendum decernit: Sed omnia, quae is in hunc locum congessit, nugae atque ineptiae sunt, ut ea ab homine vel mediocriter erudito contemni merito debeant.

Quod ad versus attinet Philemonis, quos eosdem recitat Clemens Alex. strom. lib. 2. pag. 493. edit. Venet. sed ita, ut sit loco postremus, quem primum Laërtius posuit; recte Is. Casaubonus *αρτον* in *αρτος* mutandum ex eodem Clemente censuit hoc modo, *Εις αρτος, οψον ισχας*. Nos addimus, et *κενην* pro *καινην* pariter ex Clemente scribendum videri: hoc enim multo venustius ac elegantius. Ridet quippe philosophum poëta, luditque voce ipsa, vacuam philosophiam dicens tradere Zenonem, qui esurire discipulos doceat; idemque, opinor, eam vanam ac futilem esse ipsa nominis ambiguitate significat. Displicet vero Clementis interpres latinus, qui *κενην* reddidit *vanam*: tum Grotius, qui versus Philemonis edidit, ut in Laërtio habentur; quum tamen in Clemente, et or-

do carminum probabilior, & multo sit melius κενην, quam καινην, ut modo ostendi, itidemque Εις αρτος, οψον ισχας, *Unus panis, obsonium caricae*, quam Εις αρτον οψον ισχας, *Ad panem obsonium ficus accedit*, ut idem Grotius interpretatus est: nam si hoc poëta vellet, προς αρτον potius diceret, quemadmodum I. Clericus adnotavit: qui tamen et ipse aliquid peccavit, quod statuit, καινην τῳ κενην praeferendum esse, mentem videlicet ac propositum Philemonis non videns.

Jam illa Οἱ δε Ποσειδιππȣ extrudenda: quippe adulterina meo judicio sunt. Videntur primum adscripta in margine codicis ad Posidippi carmina, quae superiora Philemonis sequuntur, quasi οἱ δε Ποσειδιππȣ ςιχοι: postea vero in orationem Laërtii temere injecta.

§. XXXVIII.

AD SECT. LXVIII. LIB. VII. IN ZENONE.

Quid sit pronunciatum Αναφερωμενον, quid constans ex αξιωματων Αναφεροντων ex Stoicorum sententia. Kuhnii erra-

errratum detegitur: a quo etiam vitiosus Laërtii locus vitiosior ſactus. Idem sanatus. Quid συλλογισμος Διαφορȣμενος, additum.

Των αξιωματων τα μεν εϛιν ἁπλα, τα δ' ȣχ ἁπλα... ἁπλα μεν ȣν εϛι τα συνεϛωτα εξ αξιωματος μη διαφορȣμενȣ, η εξ αξιωματων· οἱον το ἡμερα εϛιν. ȣχ ἁπλα δε εϛι τα συνεϛωτα εξ αξιωματος διαφορȣμενȣ, η εξ αξιωματων. εξ αξιωματος μεν διαφορȣμενȣ, οἱον ει ἡμερα εϛιν· εξ αξιωματων δε, οἱον ει ἡμερα εϛι, φως εϛιν.

Perperam ἀξιωμα διαφορȣμενον interpretati sunt, Aldobrandinus *pronunciatum in dubium vocatum*, Meibomus ex Ambrosio *pronunciatum ambiguum*. Quid illud sit, a Fabricio expositum in commentariis ad Sextum lib. 2. adv. logic. sect. 108. his verbis. *Vocant Stoici αξιωμα διαφορȣμενον eandem enunciationem bis repetitam, sive, ut supra dixit, δις λαμβανομενην ita, ut posterior non differat a priore, sed ita, ac si differret, ponatur: quare etiam dicitur διαφορȣμενη, ut, si dies est, dies est.*

Ita-

Itaque perſpicuum eſt, ubi Laërtius, Ἐξ ἀξιωματος μεν διαφορȣμενȣ, οἷον ει ἡμερα εςιν, omnino legendum, Ἐξ ἀξιωματος μεν διαφορȣμενȣ, οἷον ει ἡμερα εςιν, ἡμερα εςι, quod ex H. Valeſio a Menagio eſt adnotatum.

Porro Ioach. Kuhnius nihil inter pronunciatum διαφορȣμενον ac conſtans ex ἀξιωματων διαφεροντων credidit intereſſe magno ſane errore. Allatis enim Plutarchi verbis ex libro Περι τȣ ει εν Δελφοις, iſta ſubnectit, = *Verum hoc axioma* διαφορȣμενον, ει ἡμερα εςι, φως εςι, ȣδεν αλλο (ζωον) συνιησι πλην ανθρωπος =. Quippe διαφορȣμενον, a Kuhnio additum: quum certe ejuſmodi non ſit illud effatum, ει ἡμερα εςι, φως εςι; verum enunciatio conſtans εξ ἀξιωματων διαφεροντων: eſſet autem tale, ſi dixiſſet Plutarchus, ει ἡμερα εςιν, ἡμερα εςι. Audiatur Sextus lib. 2. adv. logic. ſect. 109. Τȣτο τοινυν συνεστηκεν εξ ἀξιωματος διαφορȣμενȣ, η εξ ἀξιωματων διαφεροντων δια τȣ ει η ειπερ συνδεσμȣ· οἷον εκ διαφορȣμενȣ μεν ἀξιωματος και

και τȣ ει συνδεσμȣ συνεςηκε το τοιȣτον συνημμενον, ει ἡμερα εςιν, ἡμερα εςιν· εκ διαφεροντων δε αξιωματων και δια τȣ ειπερ συνδεσμȣ το ȣτως εχον, ειπερ ἡμερα εςι; φως εςι.

Sed, ut ad locum Laërtii redeam, sicut addendum ἡμερα εςιν cum Valesio dixi, ita, ubi ait, Απλα μεν ȣν εςι τα συνεστωτα εξ αξιωματος μη διαφορȣμενȣ, η εξ αξιωματων, omnino abjiciendum η εξ αξιωματων existimo: quod locum habet tantum in sequentibus, Ουχ ἁπλα δε εςι τα συνεςωτα εξ αξιωματος διαφορȣμενȣ, η εξ αξιωματων. Vocum similitudo ac vicinitas librariis errandi cauſsa profecto fuit. Haec eadem, in quibus versamur, Ioachimo Kuhnio *mutila* videntur. Sed quoniam is, quid ista sibi vellent, non intelligebat, ita ex ingenio supplevit, ut ea reddiderit multo depravatiora, quam essent. Audi: Απλα μεν ȣν εςι τα συνεςωτα εξ αξιωματος μη διαφορȣμενȣ· οἱον το ἡμερα εςι· εξ αξιωματων, ἡμερα εςι, φως εςι.

Etiam συλλογισμον διαφορȣμενον veteres

teres dicebant: de quo Magentinus in comment. ad analyt. prior. Aristot. pag. 3. *Το ἑτερον τεθεικε (Αριϛοτελης) διαστελλων τον συλλογισμον απο των διαφορυμενων συλλογισμων. υτοι δε εισιν, εν οἱς το αυτο εϛι, και προτασις, και συμπερασμα· οἱον, ει ἡμερα εϛιν, ἡμερα εϛι· αλλα μεν ἡμερα εϛιν· ἡμερα αρα εϛι*: quod sic Tullius in quaest. Academicis: *Si lucet, lucet; lucet autem; lucet igitur.*

§. XXXVIIII.

AD SECT. LXXIIII. LIB. VII. IN ZENONE.

De veritate ac falsitate effati caussalis. Laërtii locus explicatus. Pro Ακολυθον, Ακολυθον repositum. Suidas a Kustero depravatus.

Αιτιωδες δε αληθες μεν εϛιν, ὁ αρχομενον απο αληθυς εις ακολυθον ληγει, υ μην εχει τῳ ληγοντι το αρχομενον ακολυθον· οἱον, διοτι ἡμερα εϛι, φως εϛι. τῳ μεν γαρ ἡμερα εϛιν ακολυθει το φως εϛι· τῳ δε φως εϛιν, υχ ἑπεται το ἡμερα εϛιν. αιτιωδες δε ψευδος εϛιν, ὁ ητοι απο ψευδυς αρ-

αρχεται , η μη εις ακολουθον ληγει , η εχει τῳ ληγοντι το αρχομενον ανακολουθον· οἱον , διοτι νυξ εςι , Διων περιπατει .

Abjecto *ανακολουθον*, ſubde *ακολουθον*: quo modo Laërtii locum V. Αιτιωδες ψευδος Suidas effert. Nam, quia posuit Laërtius , effatum *caussale* (sic *αιτιωδεις* dicunt grammatici latini) esse verum, in quo *posterius consequitur id , quod est prius ,* quo caussa redditur; non autem vice versa: ita inquit falsum esse, si habeat τῳ ληγοντι το αρχομενον ακολουθον , id est, *si prius consequens sit ejus , quod ponitur posterius*. Si *ανακολουθον* scriptum esset, contraria sententia efficeretur . Exemplum , quod adfertur, *Διοτι νυξ εςι , Διων περιπατει*, exprimit eam falsitatem, quum caussalis enunciatio, *μη εις ακολουθον ληγει*, *non desinit in eo , quod consequens est*: nec enim istud, *nox est*, caussam exhibet, cur *perambulet Dion.* Enunciatio vitiosa ob id, quod sit τῳ ληγοντι το αρχομενον ακολουθον, haec esset, Διοτι φως εςιν , ἡμερα εςιν : nam,

nam, ut supra Laërtius, Τῳ μεν ἡμερα εϛιν ακολȣθει το φως εϛι· τῳ δε φως εϛιν ȣχ ἑπεται το ἡμερα εϛι.

Graviter castigandus Ludolphus Kusterus, quod in Suida, quem Cantabrigiae edidit, ex Laërtio reposuit ανακολȣθον, quum recte ακολȣθον legeretur; tum haec subnotavit, *Bene Laërtius, male Suidae editiones* ακολȣθον. Alia praetereo (neque enim, ut dicam, est heic locus) olim pure ac emendate vulgata, quae deinde ab eodem Suidae correctore vitiata sunt: quorum tamen nonnulla, sicubi se offeret occasio, indicabo,

§. XXXX.

AD SECT. LXXVI. LIB. VII. IN ZENONE.

De reciprocatione enunciationum. Αληθων pro Αλληλων, et Αντιϛροφαι pro Αντιϛροφα legi oportere. Quid sit, Περι ὡν ϵν τῳ Πλατει λεγομεν, declaratur. Laërtii interpretes castigantur.

Και αλλαι δε εισι διαφοραι αξιωματων και μεταπτωσεις αυτων εξ αλληλων εις ψευδη, και αντιϛροφα, περι ὡν εν τῳ πλατει λεγομεν.

Vi-

Vitiosa haec opinione mea sunt, ac a latinis interpretibus prave explicata. Si mihi credis, primum lege εξ αληθων: quod in veteri codice invenit H. Stephanus; nec tamen vidit, ita omnino scribendum fuisse: deinde αντιστροφαι pro αντιςροφα. Tum ita eadem latine reddas: *Sunt aliae quoque pronunciatorum differentiae, ac mutationes e veris in falsa conversionesque in iis, quae cum latiore temporis significatione enunciantur*. De conversione autem seu reciprocatione enunciationum ac transitu a veritate ad falsitatem et vicissim, multa Stoici caeterique dialectici.

Pessime vero Ambrosius ac Meibomus recitata verba sic sunt interpretati: *Sunt item aliae pronunciatorum differentiae, ipsorumque ex se invicem in falsa ac conversa incidentiae, de quibus latius dicemus*. Illa maxime, Περι ὧν εν τῳ πλατει λεγομεν, nec ab iis, quos modo nominavi, nec ab litteratissimo Aldobrandino percepta sunt. Et ii quidem, ut vides; Aldobrandinus autem sic, *Quibus de rebus affatim*

ſtatim dicimus: quod est ab eorum sententia remotissimum. Significant illa enim, ut indicatum est, propositiones, quae *ϐκ αποτομως*, *non praecise* de certo quodam ac definito tempore enunciantur; sed latius aliquod spatium comprehendunt. Ea quippe Graeci dicunt *εν πλατει*, seu *παρατατικως λεγεσθαι*. Ita Iulianus L. 13. D. de Solut. *Sed hoc εν πλατει, et cum quodam temporis spatio accipi debet*. Ex quo Ulpianus L. 13. §. 2. D. Ratam rem hab. *Hoc autem εν πλατει accipiendum, et cum quodam spatio temporis* etc. Idem Iulianus L. 1. D. Unde legit. *Haec verba edicti.. παρατατικως et cum quodam temporis spatio accipiuntur*. Lege thes. graec. H. Stephani V. *Παρατασις*.

§. XXXXI.

AD SECT. LXXII. LIB. VII. IN ZENONE.

Syllogismi Περαντικοι ac Απεραντοι qui habendi sint. Scribendum, Ου μαχεται, in Laërtio, non Μαχεται. Reprehenditur H. Stephanus.

Των δε λογων οἱ μεν εισιν απεραντοι, οἱ δε περαντικοι. απεραντοι μεν, ἀν το αντι-

τικειμενον της επιφορας μαχεται τη δια των λημματων συμπλοκη · οιον οἱ τοιϰτοι, ει ἡμερα εςι, φως εςι · ἡμερα δε εςι · περιπατει αρα Διων.

Corrigendus hic locus est, ac pro *μαχεται* scribendum ϰ *μαχεται*: quod inter variantes lectiones ab H. Stephano subjectas invenies. Qui quum tam multis Basileae editos libros mendis purgaverit; sic istud etiam debuit tollere, si quidem agnosceret. Nam, si conclusionis contrarium sumptionum complexioni repugnaret, profecto syllogismi *περαντικοι* essent; non autem *απεραντοι*: cujusmodi esset hic: *Si dies est, lux est; est autem dies; lux est igitur*: est vero *περαντικος* idcirco, quia contrarium conclusionis, quod est, *Non igitur lux est*, repugnat sumptionibus, *Si dies est, lux est; atqui dies est*. Quare, ut sit *απεραντος*, necesse est, ϰ *μαχεσθαι*, non pugnare cum illis conclusionis contrarium; veluti istud, Ου *περιπατει αρα Διων*, *Non ergo ambulat Dion*: quod certe cum

illis, *Si dies est, lux est; est autem dies*, nequaquam pugnat. Simile est, quod de enunciatione connexa dicebant Stoici apud nostrum sect. 73. Συνημμενον ουν αληθες εστιν, ού το αντικειμενον του ληγοντος μαχεται τῳ ἡγουμενῳ· οἱον ει ἡμερα εστι, φως εστι· το γαρ ουχι φως, αντικειμενον τῳ ληγοντι, μαχεται τῳ ἡγουμενῳ, ἡμερα εστι. Συνημμενον δε ψευδος εστιν, ού το αντικειμενον του ληγοντος ου μαχεται τῳ ἡγουμενῳ. οἱον, ει ἡμερα εστι, Διων περιπατει. το γαρ, ουχι Διων περιπατει, ου μαχεται τῳ ἡμερα εστι.

Supra H. Stephanus reprehensus est a nobis, quod non ediderit ου μαχεται, quemadmodum in antiquis nonnullis exemplaribus reperit. At id quidem merito ac jure: is enim ita fuerat praefatus: *Quum superior Diogenis Laërtii editio, quae Basileae prodierat, cum variis exemplaribus antiquis collata partim a me partim ab aliis fuisset: eaque collatio magnum variarum lectionum numerum nobis dedisset, quarum pleraeque meliores essent iis, quas editio il-*

la

la habebat, nonnullae ejusmodi essent, ut, utrae utris anteponi deberent, dubitare quis posset, aliquae autem levis, aut nullius etiam momenti esse viderentur: in hac varietate consilium hoc a me initum fuit, ut, quae aperte potiores forent iis, quas editio illa attulerat, istarum loco in ipsum contextum reciperentur; ex caeteris aliae in calce ipsius libri annotarentur (nempe de quibus dubitaretur, utrae utris anteponi deberent) *aliae vero praetermitterentur* (illae nimirum, quae levis aut nullius momenti essent).

§. XXXXII.

AD SECT. LXXXIII. LIB. VII. IN ZENONE.

Τȣ Λογικȣ sensus duplex apud Stoicos. Laërtii locus a latinis interpretibus pravissime acceptus, ac pessime habitus a Kuhnio ac Mer. Casaubono, asseritur ac enodatur.

Και τοιȣτοι μεν εν τοις λογικοις οἱ Στωικοι· ἱνα μαλιστα κρατυνωσι, διαλεκτικον μονον ειναι τον σοφον· παντα γαρ τα πραγματα δια της εν λογοις θεωριας ὁρασθαι,

ὅσα τε τȣ φυσικȣ τοπȣ τυγχανει, και αυ παλιν ὅσα τȣ ηθικȣ. εις μεν γαρ το λογικον, τι δει λεγειν, περι τε ονοματων ορθοτητος, ὅπως διεταξαν οἱ νομοι επι τοις εργοις, ȣκ αν εχειν ειπειν.

Ad haec, Εις μεν γαρ το λογικον τι δει λεγειν, Mer. Casaubonus: *Quo haec spectent, inquit, satis intelligere mihi videor; sed verba, quomodo restituenda, vel supplenda sint, non item.... Quod asserit heic Laërtius, hoc, opinor, est, adeo necessariam esse dialecticam, ut ne leges quidem de rebus ullis condi seu sanciri possint recte sine verborum cognitione* και της ὀνοματων ορθοτητος = Deinde ad haec ipsa, Περι τε ονοματων ορθοτητος, ait, *Mutilus hic locus est*. Kuhnius vero ad eadem illa, Εις μεν γαρ το λογικον etc. sic: *Locus satis obscurus, uti vel in interpretibus videre est. Putarim hanc esse mentem auctoris: Quid vero dicam, quae de recta nominum significatione in logicis Stoici constituerunt? Qui solum in rebus ipsis versantur, non satis poterint edisserere*: (Graeca enim hoc modo

do corrigenda ac distinguenda ille censet, Εις μεν γαρ το λογικον τι δει λεγειν, περι τε ονοματων ορθοτητος όπως διεταξαν; οἱ μονον επι τοις εργοις ὀυκ αν εχοιεν ειπειν) *Caussam, cur non dixerit in Stoicorum logicis de ορθοτητι ονοματων, reddit hanc Laërtius, quod ipse, ut Epicureus, qui rebus ipsis mentem occupat, ignoret, quae Stoici de vocibus subtiliter tradiderunt*. Haec viri eruditi Mer. Casaubonus et Ioach. Kuhnius scribunt: quae pluribus refellere non est necesse; quum ea quivis plane falsa atque absurda, si animum adhibeat, facile agnoscat. Nec multo rectior atque accomodatior Aldobrandini interpretatio est, *Nam, et quid dicere oporteat, et de recta nominum ratione loqui, pertinet ad disserendi rationem: quid vero de rebus ipsis leges constituerint, non habere eam, quid dicere possit*. Aeque inepti videbuntur, tum Ambrosius, qui ab iis, Ὁσα τε τȣ φυσικȣ, eadem latine vertit; *Quaeque ad naturam pertinent et quae rursum ad mores, logicae egere adminiculo. Quid dicere oporteret de rectitudine no-*

nominum, quo pacto statuerunt leges in operibus, non facile dixerim: tum Meibomus, qui ab illis, Εις μεν γαρ το λογικον, ita: *Ad logicum enim pertinere dispicere, quid dicere oporteat de nominum rectitudine; at, quomodo eam leges constituerint super operibus, id dicere non posse.*

His repudiatis habeto hunc eundem locum, quem recte atque emendate editum intelliges, facile a nobis e graeco conversum: *Ac hujusmodi quidem sunt in logicis Stoici, ut maxime obtineant, solum esse dialecticum sapientem. Omnia enim, tum quae ad physicen pertinent, tum etiam quae ad ethicen, ex rationum contemplatione spectari. Nam quod ad sermonis rationem attinet; quid quidpiam vocare oporteat, ac de recto usu verborum in actionibus vitae, quemadmodum leges aliquid ea de re constituerunt, eos, quid dicere possint, non habere.* Est igitur sententia hujusmodi: logicen, id est artem disserendi, quae est philosophiae totius ac sapientiae pars, quum ad naturalem ac moralem scientiam quam maxime ne-

necessaria sit, ab Stoicis diligentissime pertractatam: sed *το λογικον*, quatenus significat verborum usum ac rationem de rebus, quae ad hominum vitam ac consuetudinem spectant, de quo aliqua legibus constituta sunt, ad eos minime pertinere. Solent autem leges nonnumquam etiam de usu nominum ac significatione praecipere: quemadmodum est in jure civili titulus *de Significatione verborum*, et de nominibus quaedam Iustiniani 13. novella constitutione decreta sunt: de quo nos Mer. Casaubonus admonuit.

§. XXXXIII.

AD SECT. LXXXV. ET LXXXVI. LIB. VII. IN ZENONE.

Primam appetitionem a natura tributam non esse voluptatis: Naturam non sibi dissimilem esse in plantis atque animantibus ex opinione Stoicorum. Laërtii verba a prava Claudii Salmasii correctione vindicata. Subjiciuntur duo loci e Simplicio ab eodem non percepti ac pariter depravati.

Ο δε λεγουσι τινες, προς ἡδονην γιγνεσθαι την πρωτην ὁρμην τοις ζωοις, ψευδος απο-

αποφαινουσιν. επιγεννημα γαρ φασιν, ει αρα εστιν, ηδονην ειναι· όταν αυτην καθ' αυτην ή φυσις επιζητησασα τα εναρμοζοντα τη συστασει απολαβη· όν τροπον αφιλαρυνεται τα ζωα και θαλλει τα φυτα. ουδεν τε, φασι, διηλλαξεν ή φυσις επι των φυτων και επι των ζωων, ότι χωρις ορμης και αισθησεως κακεινα οικονομει, και εφ' ήμων τινα φυτοειδως γινεται. εκ περιττου δε της ορμης τοις ζωοις επιγενομενης, η συγχρωμενα πορευεται προς τα οικεια, τουτοις μεν το κατα φυσιν το κατα την ορμην διοικεισθαι. του δε λογου τοις λογικοις κατα τελειοτεραν προστασιαν δεδομενου, το κατα λογον ζην ορθως γινεσθαι τοις κατα φυσιν.

Claudius Salmaſius in commentariis ad Simplicium, pag. 54. ſcribendum heic cenſet Αυτη καθ' αυτην, pro Αυτην καθ' αυτην: *Non enim referendum*, inquit, *ad* ηδονην; *quum Stoici negent, animal primo illo ac naturali appetitu, qui eſt inſitus, ad voluptatem tendere*. His addit Aegid. Menagius, *Ita quoque legiſſe videtur Aldobrandinus*,

nus, qui vertit, = *Posteaquam ipsa se ipsam exquirens Natura* =. Sed istud, *Naturam* videlicet *exquirere se ipsam*, ut inepte omnino dici praetercam, illa, Αυτη καϑ' ἁυτην επιζητησασα, nisi κατα abjiciatur, profecto non exprimunt. Id potius Αυτην καϑ' ἁυτην, ut edita sunt, significent; quae non incommode, si verba tantum spectentur, reddi possent, *Quum se ipsam per se exquirens natura*. Salmasius certe aliter accepit loco cit. Nec enim tantum Αυτη καϑ' ἁυτην legit; sed etiam επιζητησασα cum iis, quae sequuntur, nimirum, τα εναρμοζοντα τῃ συςασει, copulavit, hac sententia, ut arbitror: *Postquam ipsa per se natura, quaesitis, quae sui constitutioni conveniunt, eadem fuerit adepta*. Verum et illa, quam ego mox dabo, sententia aptior ac verior mihi videtur; et omnes vulgati libri, quibus et Suidas, haec ex Laërtio describens V. Ορμη, adjungendus, Αυτην καϑ' ἁυτην, nullus αυτη καϑ' ἁυτην, exhibent. Teneas ergo eadem, ut edita sunt; sed ita distinguas, Οταν αυτην καϑ' ἁυ-

αὐτην η Φυσις, επιζητησασα τα εναρμοζοντα τῃ συςασει, απολαβῃ; deinde ab illis, Ο δε λεγουσι τινες, initio facto, sic in latinum vertas; quum caeteri perperam tum interpunxerint, tum etiam explicaverint: *Quod autem quidam primam voluptatis appetitionem animantibus a natura tributam esse dicunt, hoc falsum asserunt* (Stoici). *Posterum enim ac consequens, si forte sit, voluptatem esse ajunt; quando eam sibi accomodatam natura, quaesitis, quae sui constitutioni congruunt, perceperit*. Ubi vides, Αυτην απολαβῃ significare perceptionem voluptatis, quam natura animantis capit ex eo, quod sibi convenientia acquisiverit. Quare αυτην spectat ad ἡδονην, at καθ' αὐτην, seu καθ' ἑαυτην ad Φυσιν. Erat enim quaestio inter Stoicos, an esset voluptas secundum naturam nec ne. Et alii quidem, ut Cleanthes, negabant: adfirmabant alii, ut Archedemus: quidam aliquas voluptates κατα Φυσιν, aliquas παρα Φυσιν, docebant, quemadmodum Panaetius. Adi Sextum Empiricum adv. ethic. sect. 73. Igi-

tur,

Digitized by Google

tur, tametsi sit verissimum, quod a Salmasio scriptum est, Stoicos negare, *Animal primo illo ac naturali impetu ad voluptatem tendere*: non tamen inde illud sequitur, *αυτην ad ἡδονην non referendum*: quippe ab Laërtio, Η φυσις επιζητησασα αυτην (ἡδονην) non dicitur; sed, Απολαβῃ αυτην, επιζητησασα τα εναρμοζοντα τῃ συστασει, ut modo planum feci.

Venio jam ad illa, Ουδεν τε, φασι, διηλλαξεν ἡ φυσις επι των φυτων και επι των ζωων, ὁτι χωρις ὁρμης και αισθησεως κᾳκεινα οικονομει και εφ' ἡμων τινα φυτοειδως γινεται: quae pariter a Salmasio pag. 123. hac ratione correcta, η ὁτι χωρις ὁρμης και αισθησεως etc. sic eadem sunt ab eodem latinitati tradita, *Non discrevisse in plantis et animalibus naturam, nisi quatenus plantae hoc sine motu et sensu faciunt.* Sed is profecto iterum fallitur, ut mihi quidem videtur. Hæc enim Laërtii mens: *Naturam haudquaquam in plantis ac in animantibus esse diversam; quoniam, ut eae sine appetitu ac sensu a natura gubernantur,*

tur, ita in nobis etiam quaedam sic, ut in plantis, efficiuntur, scilicet sine appetitione ac sensu. *Appetitu vero animantibus praeterea superveniente, quo utentia* etc. At vero, ut graeca id exprimant, quod Salmasio visum est, non tantum η ὅτι scribendum, sed etiam reliqua immutanda forent, ex gr. hoc modo, Η ὅτι χωρις ὁρμης και αισθησεως εκεινα οικονομει, εφ' ἡμων δε τουναντιον γινεται. Quae item cum caeteris, Εκ περιττου δε της ὁρμης τοις ζωοις επιγενομενης, non conveniunt. Quare haec quoque, aut omnino tollenda, aut certe corrigenda essent.

Denique nec eorum, quae sunt extremo loco posita, Γινεσθαι τοις κατα φυσιν, significationem ac vim Salmasio cognitam ac perspectam fuisse comperio. Corrupta enim existimavit, emendavitque ita, Γινεσθαι το κατα φυσιν pag. 54. ad Simpl. quum probe τοις Laërtius ac Suidas pro τουτοις, nempe τοις λογικοις, praeferant. Quemadmodum antea, Τουτοις (τοις ζωοις) το κατα φυσιν το κατα την ὁρμην διοικεισθαι:

θαι: sic modo, *Το κατα λογον ζην ορθως γινεσθαι τοις* (*τοις λογικοις*) *κατα φυσιν*, id est, *Secundum rationem recte vivere, his esse secundum naturam*.

Sed, antequam Salmasium dimittamus, duos e Simplicio locos eandem, in qua versamur, Stoicam philosophiam explicantes, in iisdemque ad Simplicium Salmasii commentariis vitiatos heic omnino subjiciendos puto. Primus sane longior, ita scriptus est sub init,

Πανταχȣ δε βȣλεται, την λογικην δυναμιν αδȣλευτον φυλαττειν αὑτην τȣ τε σωματος και των αλογων παθων, και προς το οικειον αγαθον και την εκεινων κρισιν αναφερȣσαν .... Και τȣτο δ' αν τις των λογων τȣτων θαυμασειεν, ὅτι τȣς πειθομενȣς και εργαζομενȣς τα λεγομενα μακαριȣς αποτελȣσι και ευδαιμονας, ȣδεν δεηθεντας τας μετα θανατον της αρετης αμοιβας επαγγελλεσθαι, καν παντως ακολȣθωσι και αυται. το γαρ ὡς οργανοις χρωμενον τῳ σωματι και τοις αλογοις παθεσι, παντη παντως χωριστην εχει την ȣσιαν αυτων,

και

και ετι διαμενȢσαν μετα την εκεινων φθοραν, και δηλονοτι και την τελειοτητα συστοιχον τη Ȣσια. Αλλα καν θνητην τις ὑποθηται την ψυχην, συναπολλυμενην τῳ σωματι, ὁ κατα ταυτας ζων τας ὑποθηκας, την ἑαυτȢ τελειοτητα απολαμβανων, το οικειον καρπȢμενος αγαθον, ευδαιμων οντως εστι και μακαριος.

In his primo Salmaſius αδȢλωτον vult; neque enim probat αδȢλευτον. At hoc rectum eſſe, oſtendit Ioach. Kuhnius ad Polluc. lib. 3. cap. 8. Multo illud indoctius, quod addit paullo poſt. *Recte emendatum eſt εκεινȢ pro εκεινων, quod erat in editione Veneta; nam ad το αγαθον refertur.* Etenim εκεινων tenendum, ac capiendum de iis τȢ σωματος και των αλογων παθων. Habe Simplicii ſententiam: *Ubique autem praecipit, ut ratio ſe ipſam ſervet corpori brutiſque cupiditatibus minime obnoxiam, utque iis etiam in ſua commoda utatur.* Ad verbum Προς το οικειον αγαθον και την εκεινων χρησιν αναφερȢσαν, eſſet, *Ad ſuum ipſius bonum etiam eorum uſum referentem.*

In-

Inferius pag. 182. Salmasianae editionis eodem modo a Simplicio dicitur, Η λογικη ψυχη το αγαθον της ὑπεργιας αυτων (των αλογων παθων) εις το ἑαυτης αγαθον αναφερυσα. Quod heic την εκεινων χρησιν, illic την ὑπεργιαν αυτων. Dico χρησιν, Wolfium scilicet ac Salmasium sequutus, qui omnino recte ita legunt pro κρισιν. Vides igitur, quid sibi Simplicius velit. At vero si εκεινυ scripseris cùm Salmasio, id nequaquam intelliges. Quid enim hoc est, usum boni ad illud idem bonum referre? Nemo certe sic loquitur.

Iterum audiatur Salmasius: *Non est alius profecto in Simplicio intricatior atque corruptior locus* (sermo est autem de illis, Το γαρ ὡς οργανοις χρωμενον τῳ σωματι και τοις αλογοις παθεσι.) *Nec libri quidquam juvant. At illud ineptum ac falsum, quod vulgata lectio prae se fert, animi perturbationes, ut et ipsum corpus pro instrumento esse animae rationali. De corpore certum est, animam eo, tamquam instrumento, uti . . . sed inter instrumenta ani-*

animae rationalis etiam reponi τα αλογα παθη, *hoc plane sit, quam ipsa sunt* αλογα παθη, *etiam* αλογωτερον. *Sed et sequentia valde perturbata et tota periodus inquinatissima. Ad conjecturam igitur confugiendum, qua totum locum sic constitui debere ajo*: Το γαρ ὡς οργανῳ χρωμενον τῳ σωματι, και των αλογων παθων παντη παντως χωριστην εχον την ουσιαν αυτου και ετι διαμενουσαν μετα την εκεινων φθοραν, εχει δηλονοτι και την τελειοτητα συστοιχον τῃ ουσιᾳ. = *Quod enim, inquit, corpore tamquam instrumento utitur, et separatam ab affectibus irrationalibus suam habet substantiam, atque etiam post eorum interitum remanentem, manifestum est, id quoque substantiae suae ac naturae convenientem ac consentaneam habere perfectionem* = Haec sane insipienter ac prave Salmasius. Hunc enim locum sanum ac purum esse [mihi quidem certum est. *Inquinatissimum* vero idem ipse, qui emundare atque corrigere aggressus est, profecto reddidit. Quod etsi per se perspicuum

ac

ac manifestum putem, juvat tamen Salmasii refellendi gratia amplius declarare.

Ergo per illa Καν παντως ακολȣθωσι και αυται, Simplicius ait, homines manere virtutis praemia post mortem, sive animum cum corpore non extingui. Id autem continuo probat iis verbis, Το γαρ ὡς οργανοις etc. hoc est, *Quod enim corporis ac irrationalium cupiditatum velut instrumento utitur, ab his omnino est natura disjunctum* (quippe, ut infra legitur pag. 6. edit. Salmas. Το χρωμενον αλλο εστι, και το, ῳ χρηται αλλο) *manetque etiam, postquam illa perierint, nec, quam ejus natura postulat, absolutionem perfectionemque desiderat*. Postea his illa subjicit, Αλλα καν τις θνητην ὑποθηται την ψυχην etc. id est, *Sed etiamsi quis ponat, mortalem esse animum, ac una cum corpore interire, tamen qui juxta haec praecepta vitam instituerit... sane felix ac beatus erit*. Nam supra Simplicius istud ipsum statuit, ea vitae praecepta μακαριȣς αποτελειν και ευδαιμονας etc. *felices* nimirum *ac beatos homines facere, quam-*

vis nulla post mortem promittant praemia virtutis, quae tamen eos omnino sequentur. Plana haec quidem certe atque inter se apta ac cohaerentia videntur. At emendata a Salmasio utique non sunt ejusmodi. Neque enim haec, *Quod ... separatam ab affectibus irrationalibus habet substantiam ac post eorum interitum remanentem, convenientem naturae suae habet perfectionem*, nectuntur cum illis, *Sed etiamsi quis ponat mortalem esse animum*; quippe quae postulent, id modo adsertum a Simplicio fuisse, animum superesse extincto corpore.

Jam illud quoque, *rationem* τοις αλογοις παθεσι *uti, tamquam instrumentis*, quod *falsum ac ineptum, ac ipsis* αλογοις παθεσι αλογωτερον, Salmasius pronunciavit, recte omnino dici potuisse, pronum est ex ipso Simplicio agnoscere, qui eandem pag. 181. sententiam expressit in his: Αλλα ταυτα μεν, ηδη και προτερον ειρημενα, αρκει δηλωσαι, ὅτι δια το αγαθον και προς συστασιν τȣ ζωȣ αἱ αλογοι ορεξεις εδοθησαν, και ȣπω ȣδεν κακον αναφαινεται. ἡ

δε

δε λογικη ψυχη κρειττων ουσα κατ᾽ ουσιαν του τε σωματος και της αλογου ζωης, και αρχικην εχουσα προς ταυτα φυσιν, ὁταν μεν φυλαττῃ προς αυτα την ἑαυτης ταξιν, εξηρημενη τε αυτων, και ὡς οργανῳ κεχρημενη, και το αγαθον της ὑπουργιας αυτων εις το ἑαυτης αγαθον αναφερουσα, τοτε παντα αγαθα εστι, και ουδαμου κακον ουδεν αυτου φυεται, εαν δε etc. Audis, ut animae facultas rationalis uti dicatur τῳ σωματι και τῃ αλογῳ ζωῃ, ὡς οργανῳ, *eorumque ministerium ad sui ipsius bonum referre?* Quemadmodum supra idem scripserat, την λογικην δυναμιν προς το οικειον αγαθον των αλογων παθων χρησιν αναφερουσαν. Nam idem Simplicio ἡ αλογος ζωη ac τα αλογα παθη. Hoc in loco primum vocat αλογους ορεξεις, quas inquit *propter bonum animantis* a natura tributas. Postea appellat αλογους ζωας atque iterum αλογους ορεξεις. His adde, quæ habet pag. 8. Αλλ᾽ αἱ μεν αλογοι ορεξεις, τουτεστι θυμος και επιθυμια, προσεχεις ουσαι τοις σωμασι, και ζωαι των σωματων ουσαι etc.

Dixi, locum Simplicii, de quo hacte-

nus egi, sanum ac purum esse: sed excipe δεηθεντας, quod mutandum in δεηθεντες; nam subaudiuntur οἱ λογοι sic, Οτι ȣτοι οἱ λογοι ... μακαριȣς αποτελȣσι, ȣδεν δεηθεντες επαγγελλεσθαι τας της αρετης αμοιβας, hoc est, *Illud autem certe mirum videbitur, quod haec praecepta eos, qui istis obtemperant... beatos ac felices reddant, quin opus habeant virtutis praemia post mortem polliceri*.

Restat alter ejusdem Simplicii locus, quem habemus pag. 6. his verbis: Δηλον, ὁτι οργανȣ ταξιν εχει το σωμα προς την ψυχην. Αυτη ȣν εςιν ὁ ανθρωπος. και ὁ βȣλομενος ανθρωπȣ επιμελεισθαι, της ψυχης επιμελεισθω της λογικης, και περι τα οικεια αυτης αγαθα διετριβετω. ὁ γαρ τȣ σωματος επιμελȣμενος, ȣκ ανθρωπȣ, ȣδε των οντων ἡμων επιμελειται, αλλα τȣ οργανȣ.

Jam ad illa, Ουδε των οντων ημων, ita Salmasius: *Corrupta haec esse nemo non videat... Qui, inquit, corporis curam gerit, neque hominem curat, neque ea, quae vere nos-*

nostra sunt : hic esse debet sensus. Vetus liber legit οντως, *omnino recte. Forte rescribendum*, ϗδε των οντως ἡμετερων. *Sic apud ipsum Epictetum paullo post distinguuntur* τα ἡμετερα εργα *ab his, quae non sunt* εφ᾽ ἡμιν. *Idem tamen sensus ex vulgata*, τα οντως ἡμων, *quæ vere nostra sunt.* Οντως *esse legendum pro* οντων, *nemo negaverit. Ita supra*, ὁ δε οντως ανθρωπος ειναι βϗλομενος. Hactenus Salmasius; qui bene quidem, quod *οντως* ex veteri codice adfert; at admodum inscite, quod, *των οντως ἡμων*, interpretatur, *Quae vere nostra sunt*; ideoque, *των οντως ἡμετερων*, ex ingenio legit; vel, *των οντως ἡμων*, in eandem sententiam accipit, quasi genitivum ex nominativo casu, *τα οντως ἡμων*. Nam, Ουκ ανθρωπϗ, ϗδε των οντως ἡμων επιμελειται, significat, *Nec hominis, nec vere nostri curam gerit*. Non enim dicit Simplicius, corpus non esse nostrum; id quippe mirum atque adeo ridiculum videretur; sed illud omnino, quod nos, non esse defendit, quia, Η ψυχη, inquit, *εϛιν ανθρωπος*.

 Su-

Superius, quum Laërtium exponerem, praetermisi de Kuhnio dicere, a quo etiam corruptam ac male acceptam ejus sententiam ſuisse intelligo. Lege ejus adnotationem ad illa, *Τȣτοις μεν το κατα φυσιν το κατα την ὁρμην διοικεισϑαι*: idque pei te, quum res non sit obscura, profecto cognosces.

§. XXXXIIII.

AD SECT. LXXXVIII. LIB. VII. IN ZENONE.

De fine, qui est secundum Stoicos congruenter naturae vivere. Quomodo Laërtius sit legendus.

Μερη γαρ εισιν αἱ ἡμετεραι φυσεις της τȣ ὁλȣ· διοπερ τελος γινεται το ακολȣϑως τῃ φυσει ζην· ὁπερ εστι κατ' αρετην αυτȣ και κατα την των ὁλων, ȣδεν ενεργȣντας ὡν απαγορευειν ειωϑεν ὁ νομος ὁ κοινος, ὁσπερ εστιν ὁ ορϑος λογος, δια παντων ερχομενος, ὁ αυτος εν τῳ Διι τῳ καϑηγεμονι τȣτῳ της των οντων διοικησεως οντι·

Κατ' *αρετην αυτȣ* habent editio Amstelodamensis ac Stephanianae, quae sane emen-

mendandae ex Basileensi ac Romana: ubi recte, Ὁπερ εςι κατα γε την ἀυτȣ και κατα την των ὁλων: nimirum, *Finem esse congruenter naturae vivere; quod est secundum propriam ac universam naturam vivere.* Mendum fortasse originem ducit ex superioribus, Τελος ειπε το ὁμολογȣμενως τῃ Φυσει ζῃν, ὁπερ εστι κατ' αρετην ζῃν.

Deinde, Ο αυτος εν τῳ Δι, omnes Laërtiani libri, praeterquam qui Romae prodiit; cujus est lectio verior, Ο αυτος ων τῳ Δι, hoc est, *Recta ratio omnia permeans, idem, atque hic ipse Iuppiter rerum omnium moderator.* Certe qui noverit, quid sentirent Stoici ac quo modo loquerentur, multo hoc, Ο αυτος ων inquam, aptius ac commodius judicabit.

§. XXXXV.

AD SECT. LXXXXIIII. LIB. VII. IN ZENONE.

Boni participes non esse, nisi ratione absoluta praeditos. Mendum esse, Λογικȣ η ὡς λογικȣ: pro quo, Λογικȣ ὡς λογικȣ supponitur.

Αλλως δε ȣτως ιδιως ὁριζονται το αγαθον,

θον, το τελειον κατα φυσιν λογικȣ, η ὡς λογικȣ· τοιȣτον δ' ειναι την αρετην.

En alia boni definitio, quae Diogeni Babylonio tribuitur. Nos vero a doctis non bene perceptam paucis declarabimus. Illa enim Λογικȣ, η ὡς λογικȣ sic accipiunt, *Ratione praediti, vel quasi ratione praediti*: quid autem ſit istud, *Vel quasi ratione praediti*, profecto non intelligunt. Scribe igitur me auctore Λογικȣ ὡς λογικȣ, hoc est, *Rationalis, ut rationalis est*. Nam bonum esse in homine dicebant Stoici tantum, quia ratione, eaque perfecta praeditus sit. Sic Seneca epist. ult. *Hominis bonum non est in homine, nisi quum in illo ratio perfecta est*. Quare pueros et indoctos negabant boni participes esse. Iterum Seneca eadem epist. *Atqui non magis infans adhuc boni capax est, quam arbor, aut mutum aliquod animal. Quare autem bonum in istis non est? Quia nec ratio: Ob hoc in infante quoque non est: nam et huic deest*. Lege Lipsium lib. 2. manuduct. ad philos. Stoic. dissert. 22.

§. XXXXVI.

§. XXXXVI.

AD SECT. LXXXXVI. LIB. VII. IN ZENONE.

Quemadmodum Stoici mala partiantur. των Κακιων in των Κακων mutandum.

Αναπαλιν δε και των κακιων, τα μεν περι ψυχην ειναι, τας κακιας και τας κατ' αυτας πραξεις· τα δ' εκτος, το αφρονα πατριδα εχειν και αφρονα φιλον.

Legendum omnino των κακων. Nam heic mala partitur ad mentem Stoicorum similiter, ac bona ex eorundem sententia diviserat; Ετι των αγαθων τα μεν ειναι περι ψυχην... αρετας και τας κατα ταυτας πραξεις· τα δ' εκτος, το τε σπȣδαιαν εχειν πατριδα και σπȣδαιον φιλον. Ita τοις αγαθοις τα κακα, *bonis mala*, ut αἱ κακιαι ταις αρεταις, *vitia virtutibus* ex adverso respondent.

§. XXXXVII.

AD SECT. LXXXXVIII. LIB. VII. IN ZENONE.

Quid secundum Stoicos Περιπατησις.

Και αει μεν παροντα (τα αγαθα) αἱ αρεται· ȣκ αει δε, οἷον χαρα, περιπατησις.

Haec

Haec ad verbum sonant, *Et quidem semper praesentia bona, virtutes sunt; non semper autem praesentia, ut laetitia, deambulatio*: Sed dubium est, cur *ambulatio*, quae inter αδιαφορα locum videtur habere, numeretur in bonis. Equidem sic existimo, *ambulationem* heic designare sapientes sermones, praesertim dialecticos, id est, λογυς εν ερωτησει και αποκρισει, ut eos describunt Suidas V. Διεξοδικυς ac Laërtius, quos philosophi habebant, maxime Stoici in porticu deambulantes. Supra sect. 5. Ανακαμπτων εν τῃ ποικιλῃ ϛοᾳ.. διεϑετο τυς λογυς, id est, *In porticu varia inambulans* (Zeno) *sermones habebat*. Sic περιπατοι, quum loca, in quibus philosophi disserebant περιπατυντες, tum etiam ipsas, quas inter deambulandum habebant, disputationes exprimunt: unde illa περιπατον ποιεισϑαι, περιπατον εχειν: et Aristophanes in Ranis, Ου σοι γαρ εστι περιπατος καλλιϛα περι γε τυτυ, hoc est, διατριβη καλλιϛα, ut ad haec antiquus scholiastes. Vide H. Stephanum in thes. graec. Non omit-

omittam versus Platonis comici apud Athenaeum lib. 3. et lib. 7. quibus Stoicos perstringit:

. . . . . οἱ γὰρ τας οφρυς επηρκοτες,
Και τον φρονιμον ζητȣντες εν τοις περιπατοις
Και ταις διατριβαις, ὥσπερ αποδεδρακοτα.

Quos idem Athenaeus lib. 4. recitat paullo aliter, Batoni adscribens.

Haec ipsa τȣ Περιπατησις significatio Stobaei verbis, quæ sunt in eclogis ethicis, pag. 166. ubi de bonis ex Stoicorum sententia loquitur, sane comprobatur. Nam is quidem φρονιμην περιπατησιν appellat. Audi: Χαραν δε και ευφροσυνην και φρονιμην (sic enim legendum, non και μονην, ut editum est) περιπατησιν, ȣτε πασι τοι φρονιμοις εςι (scribe ειναι) ȣτε αει. Deinde φρονιμῃ περιπατησει opponit την αφρονα αποκρισιν *insipientem responsionem*, sermonem faciens de malis, quae τοις αφροσι non semper adsunt ex eorundem Stoicorum decretis. Itaque, Λυπην δε, inquit, και φοβον και αφρονα αποκρισιν, ȣτε πασι τοις αφροσιν ὑπαρχειν, ȣτε παντι καιρῳ. Idem

pag.

pag. 167. iterum nominat την φρονιμην περιπατησιν inter ea bona, quae ad ultimum finem spectant: cui ex adverso statuit την αφρονα ερωτησιν, *insipientem interrogationem* mala inter eodem pertinentia. Sed infra apud Laërtium res est apertior, ubi de officiis sermo est. Nam sic ait sect. 109. Και αει καθηκει, το κατ' αρετην ζῃν· ϐκ αει δε, το ερωταν, το αποκρινεσθαι και περιπατειν. Quid enim sit το περιπατειν, declarant illa, το ερωταν και αποκρινεσθαι: quemadmodum Stobaeus την περιπατησιν, atque την ερωτησιν και την αποκρισιν usitato Stoicis dicendi more perinde accepit.

§. XXXXVIII.

AD SECT. CXIIII. LIB. VII. IN ZENONE.

Definitio voluptatis exposita.

Ηδονη δε εστιν αλογος επαρσις εφ' αἱρετῳ δοκϐντι ὑπαρχειν.

Hujus definitionis ea vis est: *Voluptas est animi elatio rationis expers propter bonum* (id enim est αἱρετον) *quod videatur ad-*

adeſſe; vel, ut cum Tullio dicam Tuscul. quaest. lib. 3. *ex opinione praesentis alicujus boni*. Male explicarunt latini interpretes hac sententia, *Propter id, quod videatur expetendum*.

§. XXXXVIIII.

AD SECT. CXXV. LIB. VII. IN ZENONE.

Sapientum esse omnia: stultorum tamen quaedam dici: quemadmodum domus, licet ea civitatis sit, aliquo tamen modo ejus etiam dicitur, qui illa utatur. Laërtius ex conjectura emendatur; ac pro *του Αδικον* seu *των Αδικων* subditur *του Οικου*.

Και των σοφων δε παντα ειναι. δεδωκεναι γαρ αυτοις παντελη εξουσιαν τον νομον. των δε φαυλων ειναι τινα λεγεται, όν τροπον και των αδικων, αλλως μεν της πολεως, αλλως δε των χρωμενων φαμεν.

Sanum non esse hunc locum mihi quidem perspicuum videtur: neque enim percipi illa possunt, *Ον τροπον και των αδικων, αλλως μεν της πολεως, αλλως δε των χρωμενων φαμεν*. Equidem opinor, mendum latere

tere in vocibus των αδικων. Ac quoniam Basileensis editio τον αδικον praefert, venit in cogitationem, scriptum a Laërtio fuisse τον ομον: unde sententia elegans ac Stoicorum doctrinae maxime accomodata, *Quemadmodum et domum alio modo civitatis, alio utentium esse dicimus*. Est quodam modo similis in iis, quae Tullius ex Chrysippo disputat lib. 3. de fin. cap. 20. *Sed, quemadmodum theatrum quum commune sit, recte tamen dici potest, ejus esse eum locum, quem quisque occuparit; sic in urbe mundove communi non adversatur jus, quominus suum quidque cujusque sit*.

§. L.

AD SECT. CXXXII. LIB. VII. IN ZENONE.

Panaetium, Boëthum, Posidonium ac Babylonium Diogenem, immortalem esse mundum confessos. Philonis sententia de Diogene, haud cognita Gelenio, Mangeyo ac Iusto Lipsio, declaratur. Diogenem, de quo Philo, non esse Apolloniatem, ut a Mangeyo adsertum. Mendum e Philone sublatum.

Παναιτιος δε αφθαρτον απεφηνατο τον κοσμον.

Pa-

Panaetio, qui mundum non esse interiturum voluit, tres alios Stoicos, qui idem senserint, adjungendos, a Menagio est adnotatum; Zenonem scilicet Sidonium, de quo Numenius, et Boëthum ac Posidonium, de quibus Philo memoravit. Verum a Philone id ipsum, quod de Boëtho, Posidonio ac Panaetio, etiam de Diogene Babylonio proditum est. Afferenda heic ipsius verba ex libro de mundi immortalitate pag. 650. edit. Turneb. eorumque vis ac significatio, eruditis non bene comprehensa, breviter exponenda est: Βοηθος γουν και Ποσιδωνιος και Παναιτιος, ανδρες εν τοις Στωικοις δογμασιν ισχυκοτες, ἅτε θεοληπτοι, τας εκπυρωσεις και παλιγγενεσιας καταλιποντες, προς θειοτερον δογμα το της αφθαρσιας του κοσμου παντος ηυτομολησαν. λεγεται δε και Διογενης, ηνικα νεος ην συνεπιγραψαμενος κατα το παντελες τοις ενδοθεν: quae ita Gelenius, *Sic Boëthus, Posidonius, Panaetius, viri Stoica doctrina valentissimi, tamquam correpti numine, omissis exustionibus et instaurationibus, transfu-*

ge-

gerunt ad divinius de immortalitate mundi placitum. Quin et Diogenes etiam tum juvenis fertur subscripsisse huic sententiae. Non dissimiliter postrema, Λεγεται δε και Διογενης etc. interpretati Mangeyus, *Quin et Diogenes etiam num juvenis fertur his jam supra dictis consensisse*; ac Iustus Lipsius phys. Stoic. lib. 2. diss. 23. *Dicitur et Diogenes, quum juvenis esset, subscripsisse istis.*

Quos omnes vehementer errare, mihi est apertissimum. Sic enim illa certe reddenda fuere, *Idem de Diogene*, προς δογμα videlicet της αφθαρσιας τȣ κοσμȣ αυτομολησαι, *fertur, qui, dum erat juvenis, Stoicis omnino consentiens fuerat.* Nimirum Stoicorum principes, inquit Philo, Boëthum, Panaetium ac Posidonium, suis mundi exustionibus ac renovationibus abjectis, divinius de ejus immortalitate dogma postea amplexos: istud ipsum de Diogene traditum, quem juvenem, ait, perfecte planeque Stoicum fuisse. Sunt enim *οἱ ενδοθεν*, homines ex intima secta, et τα ενδοθεν, ejus-

ejusdem familiae scita maxime propria, non ii, qui ab ea disciplina recessere, nec sententiae, quas, ab eadem prorsus alienas, amplexi sunt: ut Συνεπιγραψαμενος τοις ενδοθεν, *huic sententiae* de mundi immortalitate, vel *istis*, Boëtho scilicet, Panaetio ac Posidonio, *subscripsisse* aut *consensisse*, intelligi omnino non possit. Συνεπιγραφεσθαι autem significat, *consortem ac participem esse*; quo modo usurpatum videas ab Alexandrino Clemente stromat. lib. 7. pag. 860. edit. Ven. cujus haec verba, Αλλα και τας ευχας ἁπασας επιεικως ἁμα και μετ᾽ επιεικων ποιεισθαι πρεπον εστιν· σφαλερον γαρ τοις ἑτερων ἁμαρτημασι συνεπιγραφεσθαι; sic ab Herveto conversa, *Quin etiam decet eum omnes preces et probe facere et cum probis; est enim periculosum cum peccatis aliorum communicare.*

Multo illud absurdius, quod in suis adnotationibus subjecit Mangeyus, Diogenem hunc Apolloniatem videri. Loquitur enim Philo de Stoicis, qui mundum perire ac ignescere arbitrati, deinceps ab hac opinio-

nione desciverint. Quare de Diogene Babylonio nobili Stoico sermonem heic esse non est dubitandum. De Apolloniate autem, cujus aetas longe Stoicorum tempora anteivit, nihil hujusmodi accepimus..

Addam heic, antequam finem facio, aliud quiddam ex eodem Philonis libro, quod quum legerem, mendose editum, praveque itidem e graeco versum deprehendi. Habetur autem id pag. 645. ejusdem Turnebianae editionis. Και ὁ τραγικος,
„ Θνησκει δ' ȣδεν των γινομενων, διακρινο-
„ μενον δ' αλλο προς αλλο, μορφην ἑτεραν
„ απεδειξεν „. Ουδε γε ȣ̔τως εστιν ευηθες το απορειν, ει ὁ κοσμος εις το μη ον φθειρεται, αλλ' ει δεχεται την εκ της διακοσμησεως μεταβολην, τας ποικιλας μορφας στοιχειων τε και συγκριματων εις μιαν τε και την αυτην ιδεαν αναλυθεις, η ὥσπερ εν τοις θλασμασι και τοις καταγμασι δεξαμενος παντελη συγχυσιν. Ea porro, Ουδε γε ȣ̔τως εστιν ευηθες etc. omnino perperam reddita a Gelenio sunt, *Adeo stultum est sollicitum esse de mundi interitu, sed in quaestio-*

stionem venit tantum hoc etc. tum etiam inscitius a recentiore Philonis interprete ac editore Mangeyo, *Nec vero adeo stultum est ambigere, utrum mundus prorsus in nihil interit, sed si recipit ex ordinatione mutationem*. Tu vero, nisi errare mavelis, scribas ευηθης hac sententia, *Neque enim erat adeo vecors* (Euripides nimirum, qui scripserat, Θνησκει δ' ουδεν των γινομενων etc.) *ut dubitaret, an mundus interiret in nihilum, sed potius an suarum partium ordinem ac descriptionem amitteret, seu variis elementorum atque corporum formis ad unam eandemque speciem redactis* (quae fuit opinio Stoicorum putantium omnia in ignem converti) *seu confractis ac comminutis omnibus inque unum confusis* (quod Epicuro ac Democrito visum est). Quamvis autem Ευηθης το απορειν sic, ut expositum est, graece equidem dici posse credam; si tamen quis dubitet, Ευηθης τῳ απορειν, quod parum ab illo differt, legere etiam me auctore poterit.

§. LI.

AD SECT. CXXXXVI. LIB. VII. IN ZENONE.

De lunae defectibus. Correctus ac explicatus Laërtii locus. Specialiter, quid sit, Σεληνη κινυμενη κατα λοξυ, ὡς προς τον ἡλιον: tum quid, Ο ηλιακος et Ο δια μεσων proditum.

Την δε σεληνην εμπιπτυσαν εις το της γης σκιασμα (εκλειπειν). ὁθεν και ταις πανσεληνοις εκλειπειν μοναις, καιπερ κατα διαμετρον ἱςαμενην κατα μηνα τῳ ἡλιῳ. ὁτι κατα λοξυ ὡς προς τον ἡλιον κινυμενη, παραλλαττει τῳ πλατει, η βορειοτερα, η νοτιωτερα γινομενη. ὁταν μεν τοι το πλατος αυτης κατα τον ἡλιακον και τον δια μεσων γενηται, ειτα διαμετρηση τον ἡλιον, τοτε εκλειπει. γινεται δε το πλατος αυτης κατα τον δια μεσων εν χηλαις και σκορπιῳ και κριῳ και ταυρῳ, ὡς οἱ περι τον Ποσειδωνιον.

Nescit omnino, quid dicat Laërtius, si tamen haec ita scripto tradidit, ut in lucem prodiere: ea siquidem, quae inter se conjuncta sunt, plane disjungit sic inquiens,

ens, Και ταις πανσεληνοις εκλειπειν μοναις, καιπερ κατα διαμετρον ἱςαμενην κατα μηνα τῳ ἡλιῳ, hoc est, *Quamvis singulis mensibus sit e regione solis; tamen eam tantum in pleniluniis deficere*: quoties enim ita soli luna opponitur, semper in plenilunio esse dicitur. Geminus isagog. cap. 6. Πανσεληνος δε λεγεται, όταν ἡ σεληνη κατα διαμετρον γενηται τῳ ἡλιῳ. τουτο δε εςι κατα την διχομηνιαν. Et cap. 9. Ουδε γινονται εκλειψεις της σεληνης εν αλλῃ ἡμερᾳ, αλλ' εν τῃ διχομηνιᾳ. τοτε γαρ κατα διαμετρον γινεται ἡ σεληνη τῳ ἡλιῳ.

Sed ego certe in hac opinione sum, scriptum a Laërtio potius, *και et*, non *καιπερ quamvis*: quo posito haec recte se haberent: nec enim illud enunciarent, *Ideo tantum in pleniluniis deliquium pati, licet singulis mensibus sit e regione solis*; sed istud, *Ideo tantum in pleniluniis deliquium pati, ac quando per mensem est e regione solis*. Quod tamen non ita accipiendum, quasi in pleniluniis omnibus ac mense quolibet deficiat luna; verum eo modo, quo

planum fit insequentibus verbis: quae, quoniam ab eruditis nequaquam percepta, ac pravissime sunt e graeco translata, heic iterum latine reddere est opus: *Ideo tantum in pleniluniis deficere ac in mense positam e regione solis. Quia, quum obliquo cursu feratur, ad solem collata, latitudine differt, aut in aquilonem, aut in austrum magis vergens. Quando autem ejus latitudo secundum solarem orbem, quique per media signa ducitur, fuerit, unaque soli e diametro adversetur; tunc deficit luna: quod tum in chelis contingit, tum in scorpio, tum in ariete et tauro, quemadmodum ait Posidonius.*

Jam singula consideremus. Dixit *Κινȣμενη κατα λοξȣ*, quasi *κατα λοξȣ κυκλȣ*: quomodo Plutarchus de fac. in orb. lun. pag. 923. Εξελιττεσθαι, inquit, *κατα λοξȣ κυκλȣ την γην*, ex Cleanthis Samii sententia. Κατα λοξȣ autem, *ὡς προς τον ἥλιον*, est motum lunae obliquum esse, ut ad solem refertur, seu comparatum cum sole. Eodem modo Aristoteles de mundo, *Λοξη*

προς

προς την οικυμενην ait. Male Aldobrandinus *ὡς προς τον ἡλιον*, *utpote in solem conversa*. Quod vero sequitur, Παραλλαττει *τῳ πλατει*, *η βορειοτερα*, *η νοτιωτερα γινομενη*, denotat motum lunae secundum latitudinem orbis signiferi, quem *κατα πλατος* vocant astronomiae doctores; quum sit alter in longitudinem per zodiaci signa duodecim, quem iidem *κατα μηκος* appellant.

Caetera ita legenda, *Οταν μεν τοι το πλατος αυτης κατα τον ἡλιακον και τον δια μεσων γενηται*; quemadmodum habent Stephanianae editiones; non, ut Romana, *κατα το ἡλιακον και των δια μεσων*. Quid autem sit, *Ο ἡλιακος και ὁ δια μεσων*, quod Laërtii interpretes plane ignorant, dicam verbis antiqui scriptoris, *εις τα Αρατυ Φαινομ.* cap. 7. qui vulgo Eratosthenes, aut Hipparchus creditur: *Οτι δε και αλλος ὁ δια μεσων των ζωδιων λεγομενος, μεσαιτατος ὑπαρχων τυ ζωδιακυ, ἡλιακος τε και εκλειπτικος καλυμενος. ἡλιακος μεν, ὁτι ὁ ἡλιος την πορειαν δι αυτυ ποιειται, εκλειπ-*

τικος δε, ὁτι δι αυτου εκλειπουσιν ὁ τε ἡλιος και ἡ σεληνη. Et apud Achillem Tatium in isagog. ad Arat. cap. 23. *Των τριων τουτων κυκλων, των το πλατος του ζωδιακου δυκνειντων ἡμιν, κατα τον μεσον ὁ ἡλιος Φερεται: διο και ἡλιακος ὑπο των ταυτα δεινων προσηγορευται· και εκλειπτικος· επειδη εν αυτῳ αἱ ἡλιακαι εκλειψεις γινονται.* Quare Laërtii ſententia eſt, lunam tunc ſolum deficere, quum e regione ſolis, ad eum orbem, quem ſolarem, ſeu medium, aut eclipticum ab eventu nominant, pervenerit; a quo ſol quidem ipſe neutram in partem recedit; luna vero obliquo itinere propemodum quinque gradibus in auſtrum boreamve declinat.

In reliquis ſcribendum potius, *Γινεται δε το πλατος αυτης*, ut Romae vulgatum, quam *Κινειται δε*, ut a Stephano: rurſus, *κατα τον δια μεσων*, ut ab iſto; quum editio Romana mendoſe, *κατα των δια μεσων*, heic quoque legendum offerat.

§. LII.

§. LII.

AD SECT. CXXXXVII. LIB. VII. IN ZENONE.

Quae sit τȣ Διος ac τȣ Ζηνος vis ac ratio secundum Stoicos. Pro, Δι ὁν τα παντα, melius videri, Διοτι τα παντα. Forsan, Η δια τȣ ζην κεχωρηκε, adddititia esse. Eadem quo spectent. Locus Platonis de significatione της Ηρας enodatur: tum alter Athenagorae non dissimilis. Quaedam εκ τȣ μεγαλȣ Ετυμολογικȣ declarantur ac emendantur.

Δια μεν γαρ φασι, δι ὁν τα παντα. Ζηνα δε καλȣσι, παρ᾽ ὁσον τȣ ζην αιτιος εϛιν, η δια τȣ ζην κεχωρηκεν. Αθηναν δε, κατα την εις αιθερα διατασιν τȣ ἡγεμονικȣ αυτȣ. Ηραν δε, κατα την εις αερα.

Δι ὁν τα παντα, *Per quem omnia*, equidem non improbo: sed Stoicorum doctrinae est accomodatior explicatio nominis, quae in Theodoreto legitur, Θεραπευτ. orat. 3. pag. 45. edit. Sylburg. Δια δε, το δια παντων χωρȣν πνευμα. Sic Arati scholiastes sub init. Και γαρ τον αερα, Δια καλȣσιν. ȣτος γαρ εϛι κατα τȣς Στωϊκȣς, ὁ δια παντων διηκων. Quare, si quis Laërtium

tium credat ita scripsisse, Δια μεν γαρ φασι διιοντα παντα, hoc est, *Δια vocant omnia permeantem*, probabilis mihi sane haec conjectura videretur.

Jam illa, Η δια τυ ζην κεχωρηκεν, etiamsi videantur obscuriora, tamen, quid sequutus sit Laërtius, vel quisquis ea in margine codicis adscripsit (nam esse ὑποβολιμαια, aliqua mihi suspicio est: quam suspicionem meam confirmat Ambrosius, eadem interpretari praetermittens) id minime obscurum existimo. Voluit nempe utrumque nomen, Δια et Ζηνα componere ac explicare una sententia; cujus rei Plato auctor est, ex quo is plane similem interpretationem expressit. Verba Platonis in Cratylo tom. 1. pag. 396. edit. Serran. sunt hujusmodi: Ατεχνως γαρ εςιν, οἷον λογος, το τυ Διος ονομα. διελοντες δε αυτο διχη, οἱ μεν τῳ ἑτερῳ μερει, οἱ δε τῳ ἑτερῳ χρωμεθα. οἱ μεν γαρ Ζηνα, οἱ δε Δια καλυσι. συντιθεμενα δ' εις ἑν δηλοι την φυσιν τυ θευ. ὁ δε προσηκειν φαμεν ονοματι, οἱῳ τε ειναι απεργαζεσθαι. υ γαρ

εςιν

εϛιν ἡμιν και τοις αλλοις πασιν, ὁϛις εϛιν, αιτιος μαλλον τȣ ζην, η ὁ αρχων τε και βασιλευς των παντων. συμβαινει ȣν ορθως ονομαζεσθαι ȣτως, τῳ θεος ειναι, δι ὁν ζην αει πασι τοις ζωσιν ὑπαρχει. διειληπται δε διχα, ὡσπερ λεγω, ἑν ον το ονομα, τῳ Δι και Ζηνι. Sic etiam in scholiis ad Aratum, vers. 2. Μεσται δε Διος πασαι μεν αγυιαι, legitur: Τȣτο ενδεικτικον εϛι της προνοιας, δι ἡν ἡ ζωη τε ἡμιν και ἡ ευζωϊα απαντᾳ. τȣτι γαρ τα δυο ονοματα συντεθεντα δηλοι, το τε τȣ Διος, και το τȣ Ζηνος.

Extrema restant, Ηραν δε κατα την εις αερα. Qua de re illud est apud Eusebium praepar. evang. lib. 3. cap. 11. pag. 108. Ηρα τȣνομα απο τȣ αερος κεκλημενη. Plato autem in Cratylo pag. 404. tom. 1. edit. Serran. Ισως δε, inquit, μετεωρολογων ὁ νομοθετης τον αερα Ηραν ωνομασεν επικρυπτομενος, θεις την αρχην επι τελευτην. γνοιης δ' αν, ει πολλακις λεγοις το της Ηρας ονομα. Verum quid ista, Γνοιης δ' αν, ει πολλακις λεγοις

γοις το της Ηρας ονομα, demonstrant? O νομοθετης scilicet, ait Plato, aërem obscure Ηραν appellavit, θεις την αρχην επι τελευτην; hoc est, ab ultima littera nominis alterius, quod est Ηρα, alterum, quod est ανρ, incipiens. Nam si, inquit, Ηρα pluries dixeris, ανρ efficies ac exprimes ipsa litterarum pronunciatione: itaque Ηρα-Ηρα erit Ηρ ανρ α.

A Platone accepit Athenagoras pag. 83. edit. Oxoniens. cujus locus ab Aegid. Menagio una cum altero Platonis allatus, neque tamen intellectus est: Ηρα ὁ ανρ, και τȣ ονοματος, ει αυτο ἀυτω επισυναπτοιτο, συνεκφωνȣμενȣ: quod significat, Ηρα *est* ανρ, *hoc etiam ipso nomine, si geminatum connectatur, simul enunciante*; siquidem, ut paullo ante dixi, ΗραΗρα est Ηρ ανρ α, non habita ratione litterae α superstitis in altero Ηρα. Quam autem perverse haec explicarunt eruditi viri, Conradus Gesnerus Athenagorae interpres, *Et Iuno aer, quod vel nomen ejus graecum approbare potest*. Ηρα *enim Iuno est; cujus vocabuli*

eae-

eaedem litterae dissolutae, si alio modo conjungantur, αηρ *sonabunt*: tum Maurinus editor librorum Iustini et Athenagorae ac corrector Gesnerianae interpretationis, *Iuno aër, ipso etiam nomine, si ipsum sibi superimponatur, id sonante*: tum denique Eduardus Dechairus, qui Athenagoram Oxonii vulgavit, ac pariter Gesneri interpretationem recte emendasse sibi visus est, his verbis, *Iuno* Ηρα *aër est, etiam nomine ipso, si ipsum secum transpositis litteris expendatur, enunciante*. Hi sane, nec Athenagorae mentem, a quo ipsa Platonis sententia reddita est, nec omnino vim vocis επισυναπτοιτο percepere. Item συνεκφωνουμενου non est vertendum *id sonante, id enunciante*; sed *simul enunciante*: non enim dicit, simpliciter Ηρα exprimere aërem, verum duplicatum ac conjuncte prolatum, hunc sonum reddere.

Paullo aliter auctor του μεγαλου Ετυμολογικου sic, Ηρα . . . ἡ αυτη τῳ αερι εστιν. ὡς γαρ πατηρ πατρα, και μητηρ μητρα, ουτως αηρ και καθ' ὑπερθεσιν Ηρα.

Quo

Quo loco nos quidem legimus πατρη, μη-τρη: non enim ex πατηρ, μητηρ, litteris transpoſitis, fit πατρα, μητρα; ſed omnino πατρη, μητρη fieri debet. Dixi, paullo aliter ab hoc ſcriptore rationem ejus nominis traditam; quamquam fortaſſe is quoque hauſerit a Platone, aliter illa, Θεις την αρχην επι τελευτην, ac nos, interpretatus, ita ſcilicet, *Prima littera in ultimum locum tranſlata*; quo modo αηρ fit Ηρα. Verum nos melius Platonem expoſuiſſe, quae proxime ſequuntur, Γνοιης δ' αν, ει πολλακις λεγοις το της Ηρας ονομα, ſatis declarant.

§. LIII.

AD SECT. CLX. LIB. VII. IN ZENONE.

Προς τα μεταξυ ſcribendum, loco Προς τι μεταξυ.

Τελος εφησεν ειναι (Αριστων ὁ Χιος) το αδιαφορως εχοντα ζην προς τι μεταξυ αρετης και κακιας, μηδε ἡντινουν εν αυτοις παραλλαγην απολειποντα, αλλ' επισης επι παντων εχοντα.

Ita

Ita Amstelodamensis ac Stephanianae editiones: quae corrigendae sunt ex Basileensi ac Romana, in quibus est *προς τα μεταξυ*: quam lectionem, *εν αυτοις*, quod sequitur, confirmat.

§. LIIII.

AD SECT. CLXXXIIII. LIB. VII. IN CHRYSIPPO.

Ομοιον, pro Οἷον, subjicitur.

Δι ἣν αιτιαν και κατα της συνηθειας και ὑπερ αυτης οἷον επεχειρησε.

Scripserim *ὁμοιον*, hac sententia; *Quam ob caussam, et contra consuetudinem, et pro consuetudine similiter disseruit*. Desideratur tamen *οἷον*, tum in libris a Stephano editis, tum in schedis regiis, ut Aegid. Menagius testificatur.

§. LV.

AD SECT. CLXXXXVIII. LIB. VII. IN CHRYSIPPO.

Libri cujusdam a Chrysippo compositi Inscriptio emendata.

Λογικȣ τοπȣ τα των προειρημενων τετταρων διαφορων εκτος οντα, και περιεχοντα

τα σποραδην, και ϗ σωματικας ζητησεις λογικας.

Est unus ex libris Chrysippi, qui ita inscribitur. Sed vitium inest in verbis, Και περιεχοντα σποραδην, και ϗ σωματικας ζητησεις λογικας. Nos unam litteram permutando facile tollimus: ita videlicet, Και περιεχοντα σποραδην, και ϗ σωματι τας ζητησεις λογικας: quae sic latine reddimus, *Logici loci ea, quae sunt extra quatuor differentias praedictas: quaeque sparsim traditas, non in corpus redactas* (Itali ad verbum e graeco, *E non in corpo*) *quaestiones logicas continent.*

§. LVI.

AD SECT. XXXXIIII. LIB. VIII. IN PYTHAGORA.

Laërtii epigramma de Pythagora enarratur. Ejusdem emendator corrigitur.

Ην αρα Πυθαγορης τοιος σοφος, ὥστε μεν αυτος
Μη ψαυειν κρειων, και λεγεν, ὡς αδικον·

Σιτι-

Σιτιζειν δ' αλλυς· αγαμαι σοφον· αυτος εφαμεν,
Ουκ αδικειν· αλλυς δ' αυτος αρ' ην αδικων.

Planissima sententia: *Talis erat Pythagoras sapiens, ut ipse quidem non tangeret carnes, ac diceret, esse nefas; sed alios tamen iis pasceret: miror sapientem: ipse ajebat quidem, non agendum injuste; alios autem injuria afficiebat*. Quare nihil erat, cur in editione Amstelodamensi, adnotat. 204. lectio Stephaniana, Αυτος αρ' ην αδικων, rejiceretur, eique haec, Αυτος εα γ' αδικειν, ex ingenio substitueretur. Scripserat porro Laërtius sect. 12. Λεγεται δε και πρωτος (Πυθαγορας) κρέασιν ασκησαι τυς αθλητας: ideo heic dicit Σιτιζειν δ' αλλυς. Quamvis id verius Pythagorae τῳ αλειπτῃ subinde tribuatur.

§. LVII.

AD SECT. XXXXVI. LIB. VIII. IN PYTHAGORA.

Αυτος εφα, quod in proverbio erat, de magno Pythagora dici coeptum. Locum Laërtii mancum esse. Quae

desunt, ex ingenio suppleta. Αυτων διδασκαλος subdititia esse. Ad Αυτος εφα, in margine libri primo apposita. Etiam Αλειπτης, ὡς φασι τινες, aliena videri.

Γεγονασι δε Πυθαγοραι τετταρες περι τȣς αυτȣς χρονȣς, ȣ πολυ απ᾽ αλληλων απεχοντες· εις μεν Κροτωνιατης, τυραννικος ανθρωπος· ἑτερος Φλιασιος, σωμασκητης, αλειπτης, ὡς φασι τινες· τριτος Ζακυνθιος, ȣ φασιν ειναι ταπορῥητα της φιλοσοφιας, αυτων διδασκαλος· εφ᾽ ȣ̔ και το, αυτος εφα, παροιμιακον εις τον βιον ηλθεν.

Novum plane ac inauditum, το Αυτος εφα ad Pythagoram Zacynthium, qui fuit musicus, pertinere. Omnis enim antiquitas id, tamquam de Pythagora philosopho ab ejus discipulis ac sectatoribus usurpari solitum, celebravit. Eundem ipsum philosophiam εν απορῥητῳ tradidisse, omnes norunt: quod certe de musico prodidit nemo. Suidas quidem diserte, Εφ᾽ ȣ̔ αυτος εφα, ad Pythagoram philosophum retulit, sic ista ex Laërtio describens: Αυτος εφα. Τȣτο παροιμιακον επι Πυθαγορȣ τȣ

τȣ φιλοσοφȣ εισηλθεν εις τον βιον : Ego igitur mutilum hunc esse locum opinor, seu post verba τριτος Ζακυνθιος, credo desiderari quidpiam, quo caetera, quae post habentur, de magno Pythagora fuisse dicta demonstraretur. Hoc totum hac ratione confirmo. Nam si, ταπορῥητα της φιλοσοφιας, εφ' ȣ̔ και το αυτος εφα etc. Zacynthium ad Pythagoram, qui tertius ponitur, spectarent, quartus omnino praetermitteretur; quum tamen Laërtius quatuor se dicat nominare velle, qui iisdem fere temporibus vixerint. Fortasse Laërtius scripsit ita, Τριτος Ζακυνθιος μȣσικος, τεταρτος αυτος ȣτος (quo modo eos, quorum vitam exponit, designare solet, quando caeteris, qui eodem appellati nomine fuerint, adnumerat) ȣ̔ φασιν ειναι ταπορῥητα της φιλοσοφιας· εφ' ȣ̔ και το Αυτος εφα παροιμιακον εις τον βιον ηλθεν.

Illa vero, αυτων διδασκαλος, quae cum cæteris non conveniunt, tamquam aliena ac subdititia, abjicias volo. Ecquam enim ex his, Ου φασιν ειναι ταπορῥητα της

Digitized by Google

φιλοσοφιας αυτων διδασκαλος, sententiam exprimas? Sed ea tamen, dico αυτων διδασκαλος, unde orta sint, videor conjectura adsequutus. Nam fuerant, opinor, ad haec Αυτος εφα, in margine adscripta, το Αυτος declarandi caussa. Deinde in historiam Laërtii temere illata sunt a librario quodam imperitissimo, qui omnia fere, quaecumque ad oram codicis reperit, in mediam orationem ingessit; itaque effecit, ut corruptissimum Laërtium ac mendosissimum haberemus. Ita porro ad istud, Αυτος εφα, quod erat semper in ore Pythagorae auditoribus, appositum est, Αυτων διδασκαλος; quemadmodum ad illa Aristophanis in nubibus vers. 195. Ινα μη 'κεινος ἡμιν επιτυχῃ, in scholiis haec adnotantur, Το δ' Εκεινος κατ' εξοχην. Αλλως· Το Εκεινος, το Αυτος, αντι ονοματων παραλαμβανουσι. και Ομηρος παρεισαγει την Θετιν λεγουσαν, τιπτε μ' εκεινος ανωγε μεγας θεος. και παρα Πυθαγορειοις το Αυτος εφα, τουτεστιν ὁ Πυθαγορας. και εν τοις εξης, Αυτος, ηγουν ὁ Σωκρατης.

Sed

Sed alia quoque, nimirum, *Ετερος Φλιασιος σωμασκητης, αλειπτης, ὡς φασι τινες*, interpolata mihi videntur. *Γνησια* forsan haec tantum, *Ετερος Φλιασιος σωμασκητης*. Caetera *Αλειπτης, ὡς φασι τινες*, ni fallor, adnotatio quaedam sunt otiosi hominis; quia qui modo *σωμασκητης*, antea *αλειπτης* vocatus sect. 12. per illa, *Οἱ δε Πυθαγοραν αλειπτην τινα*. Enim vero *σωμασκητης* idem, qui *αλειπτης*. Suidas, *Αλειπται· οἱ προς τȣς αγωνας επασκȣντες*. Vide etiam Pollucem lib. 7. cap. 3. et lib. 3. circa finem.

§. LVIII.

AD SECT, XXXXVII. LIB. VIII. IN PYTHAGORA.

Απλων δε τȣτο, pro Απλω δε τȣτῳ, scribendum: tum etiam Ουιστοι, pro Οιστοι. Interpretum halucinationes.

Τȣτον ειναι τον πρωτον εντεχνως πυκτευσαντα, επι της ογδοης και τετταρακοστης Ολυμπιαδος, κομητην και αλȣργιδα φορȣντα. εκριφθηναι τε εκ των παιδων, και χλευασθεντα αυτικα προσβαιναι τȣς ανδρας,

νικησαι. απλυν δε τυτω και τυπιγραμμα, ὁπερ εποιησε Θεαιτητος:

Legendum omnino Απλυν δε τυτο, hoc est, *Id declarari etiam epigrammate, quod fecit Theaetetus*. Inepte Aldobrandinus, *Est aliud quoque hoc epigramma simpliciter scriptum*; et ex Ambrosio Meibomus, *Simplex est huic epigramma*, verbum pro nomine capientes.

Iidem, Aldobrandinus, inquam, Ambrosius ac Meibomus infra in quadam Pythagorae epistola ad Anaximenem, illa, Ει δ' ὑμεις οἱ ονηςοι τας πολεις εκλειψετε (quae Is. Casaubonus ita correxit, Ει δ' ὑμεις οἱ ονηιςοι) satis ridicule interpretati sunt, *Quod si vos augures civitates deseretis*, et, *Si vos augurio urbes deseretis*, quasi οιωνιςαι legissent. Sed ineptior Meibomus, qui ονηιςοι ex emendatione Casauboni posuit in editione Amstelodamensi; et tamen nihilominus interpretationem Ambrosianam sequutus est. Est autem hujus loci haec sententia, *Quod si vos, qui excellitis, urbes deseretis*.

§. LVIIII.

§. LVIIII.

AD SECT. LXI. LIB. VIII. IN EMPEDOCLE.

Epigrammatis ab Empedocle compositi; ab interpretibus vero non intellecti sententia panditur.

Παυσανιην ιητρον επωνυμον, Αγχιτυ υιον,
Φωτ' Ασκληπιαδην πατρις εθρεψε Γελα.
Ος πολλυς μογεροισι μαραινομενυς καματοισι
Φωτας απεςρεψεν Φερσεφονης αδυτων.

Επωνυμος heic est *habens nomen rei conveniens*. Nam qui medicus est, multasque aegritudines depellit, Παυσανιης vere dicitur. Hoc non viderunt interpretes Laërtii; quorum alter *inclytum*, alter *clarum* επωνυμον reddidere.

§. LX.

AD SECT. LXIII. LIB. VIII. IN EMPEDOCLE.

Potamilla ex Laërtio atque adeo e rerum natura tollitur. Laërtii locus commode explicatur. Nostra de Potamilla conjectura, multo Kuhniana probabilior, proponitur.

Μεγαν δε τον Ακραγαντα ειπειν φησι Ποταμιλλα, επει μυριαδες αυτον κατῳκυν ογδοηκοντα.

Expungenda est, opinor, haec Ποταμιλλα; de qua nulla ab antiquis scriptoribus mentio facta reperitur. Legitur ea quidem vox in editione Romana; sed Basileensis ac Stephanianae non habent. Nec vero το φησι, quod aliqui putent, caret, ea sublata, recto casu: Heraclitus enim, vel Heraclides commode subauditur hac sententia, *Magnam vero Agrigentum Empedoclem vocare, ait* (Heraclitus) *quod eam urbem octingenta hominum millia incolerent*. Nam supra haec Laërtius, Οθεν και ειπεν (ὁ Ηρακλειτος) αυτον (τον Εμπεδοκλεα) και ιατρον και μαντιν, λαμβανων ἁμα και απο τυτων των ϛιχων,

Ω φιλοι, οἱ μεγα αϛυ κατα ξανθυ Ακραγαντος

Ναιετ᾽ ακραπολεως etc.

Quibus carminibus continuo subjicit illa, Μεγαν δε τον Ακραγαντα ειπειν φησι.

De Potamilla autem accipe, quid verosimilius putem. Nam quum Ακραγας, tum urbem ipsam, tum etiam fluvium, ad quem sita est, significare possit, quemadmo-

modum antea Empedocles, κατα ξανθε Ακραγαντος; ad haec Laërtii, Μεγαν δε τον Ακραγαντα ειπειν, Graeculus fortasse adscripsit, Ποταμ. αλλ. quod est Ποταμον αλλοι, vel Ποταμος αλλοις: quae notae deinceps in orationem Laërtii, quod ei sæpissime contigisse, pluries diximus, receptae sunt. Ex his conflatam conjicio Ποταμιλλα, quae nomen auctoris, quod deesse videbatur, referret: lectumque est φησι Ποταμιλλα. Atque hæc quidem opinio Menagii testimonio comprobatur, qui hoc ipsum, Ποταμον αλλοι, Potamillae loco in codice Palatino esse, nos certos facit. Ioachim. Kuhnius porro aliter haec explicare ac constituere conatus est. Verum, si nostram cum ejus sententia conferat intelligens ac eruditus lector, nostram, inquam, certe longe illi anteponendam ducet.

§. LXI.

AD SECT. LXIIII. LIB. VIII. IN EMPEDOCLE.

Προβαινοντος τε ποτε quid sibi velit.

Φησι γαρ, ὁτι κληθεις ὑπο τινος των ap-

αρχοντων, και προβαινοντος τȣ ποτȣ, ὡς το δειπνον ȣκ εισεφερετο, των δ' αλλων ἡσυχαζοντων, μισοπονηρως διατεθεις εκελευσεν εισφερειν. ὁ δε κεκληκως αναμενειν εφη τον της βȣλης ὑπερετην.

Male *προβαινοντος τȣ ποτȣ* sunt in latinum translata, aut ab Aldobrandino, *procedente convivii hora*, aut ab Ambrosio ac Meibomo, *convivio procedente*. Equidem haec interpretor, *potatione procedente*; totum autem locum sic, *Quoniam, potatione procedente, coena non apponebatur, quiescentibus caeteris, Empedocles improbitatis odio affectus, juſsit apponi: sed is, qui vocaverat, curiae se ministrum exspectare dixit.* Itaque *προβαινοντος τȣ ποτȣ* demonstrare omnino crediderim *το προπομα*, quod in conviviis veterum coenam praecedere solebat. Athenaeus lib. 2. cap. 17. *Προπομα τι προ τȣ δειπνȣ περιεφερετο, καθως ειωθει το πρωτον*. Sed hac de re adi Is. Casaubonum ad Athen. loc. cit. et Bulengerum de conviv. vet. lib. 2. cap. 3. et 4.

§. LXII.

§. LXII.

AD SECT. IIII. LIB. VIIII. IN HERACLITO.

De morte Heracliti. Quid sit κατατεινομενον, ostenditur: idque Tatiani testimonio comprobatur.

Θειναι ἀυτον εις τον ἡλιον, και κελευειν τȣς παιδας βολβιτοις καταπλαττειν. ȣ̓τω δη κατατεινομενον, δευτεραιον τελευτησαι.

Quid valeat κατατεινομενον, plane ignotum Laërtii interpretibus deprehenditur. Male enim, Ambrosius quidem ac Meibomus *maceratum*, Aldobrandinus vero *jacentem* reddunt. Denotat id porro *distentum* seu *distractum*, corpore videlicet. Sermo enim est de morte Heracliti; quem narrat Hermippus, quum aquae intercutis morbo laboraret, *se ipsum* (sic verba, Θειναι ἀυτον εις τον ἡλιον etc. explicanda sunt) *soli objecisse, ac pueris jussisse, ut se boum stercore oblinerent, itaque dilaceratum postridie obiisse*. Apertior est Tatiani locus pag. 245. edit. Paris. anni 1742. quem nisi habe-

beremus, mentem Laërtii ac hujus verbi vim, dico *κατατεινομενον*, non satis intelligere potuissemus. Sic autem Tatianus, Βολβιτοις *περιπλασας ἑαυτον*, *της κοπρȣ κρατυνθεισης*, *συνολκας τε τȣ παντος απεργασαμενης σωματος*, *σπασθεις ετελευτησε*. hoc est, *Quum se fimo bubulo oblevisset, eo indurato ac totum corpus convellente, dilaceratus interiit.*

§. LXIII.

AD SECT. VIII. LIB. VIIII. IN HERACLITO.

Quid de ortu rerum senserit Heraclitus. Τα παντα πυρος αμοιβην, quomodo intelligenda sint. Kuhnius refellitur. Laërtii verba nonnihil emendantur.

Πυρ *ειναι ςοιχειον*, *και πυρος αμοιβην τα παντα αραιωσει και πυκνωσει τα γινομενα*.

Depravatum hunc esse locum docet Kuhnius in suis adnotationibus: itaque eum restitui debere, Και *κατα πυρος αμοιβην τα παντα*, *αραιωσει* etc. quia, inquit, *Heraclitus non dixit ignem et ignis mutationem*

esse

esse elementa: *unum enim statuit principium*, *nempe ignem*. Sed haec parum sapienter. Neque enim, Και πυρος αμοιβην, ad antecedentia referenda sunt sic, Πυρ ειναι ςοιχειον και πυρος αμοιβην, *Ignem ac ignis vices elementum esse*; sed omnino cum consequentibus conjungenda hoc modo, Και πυρος αμοιβην τα παντα, *Et cuncta ignis vicissitudine constare*.

Etiamsi vero haec res haud obscura videatur, multo tamen ex verbis Eusebii, quae lib. 14. cap. 3. praep. evang. habentur, manifestior fiet. Ο δε Ηρακλειτος αρχην των παντων εφη ειναι το πυρ, εξ ὗ τα παντα γινεται, και εις ὃ αναλυεται· αμοιβην γαρ ειναι τα παντα. Vere autem ac eleganter ex Heracliti sensu res omnes πυρος αμοιβη appellantur; siquidem is omnia, quaecumque fiunt, igne se densante ac vicissim rarescente, fieri est arbitratus: quemadmodum Laërtius, Και πυρος αμοιβην τα παντα, αραιωσει και πυκνωσει γινομενα. Itaque Hermias εν τῳ διασυρμῳ pag. 405. ed. Paris. ann. 1742. ex Heracli-

to,

to, Δυο δε, inquit, αυτꙋ (πυρος) παθη αραιοτης και πυκνοτης. Idem Laërtius infra, Πυκνȣμενον γαρ το πυρ εξυγραινεσθαι, συνιςαμενον τε γινεσθαι ὑδωρ· πηγνυμενον δε το ὑδωρ εις γην τρεπεσθαι: quae πυκνωσις est: quam statim αραιωσις sequitur hoc modo, Παλιν τε αυτην την γην χεισθαι, εξ ἡς το ὑδωρ γιγνεσθαι etc. Lege dissertationes duas, alteram *de igne rerum omnium principio*, alteram *de rerum geneſi ex mente Heracliti* apud Stanleyum hist. philosoph. tom. 2.

Sed in loco Laërtii, quem exponere institui, scribas velim γινομενα absque articulo τα, quem etiam codex Arundellianus (uti reperio in variantibus lectionibus pag. 557. tom. 2. Laërt. edit. Amstelod.) ac Basileae editus liber praeterit. Sic enim is est interpretandus, *Omniaque ignis viciſsitudine constare, eo nimirum ſe densante ac viciſſim rareſcente genita.*

§. LXIIII.

§. LXIIII.

AD SECT. XVIII. LIB. VIIII. IN XENOPHANE.

De versibus Xenophanis. Aldobrandini ac Meibomi notatus error; tum etiam Ger. Vossii ac Menagii. An sillos Xenophanes scripserit. An iambos. Locus ex chronicis Eusebii correctus: ubi pro Ξενοφανης Τραγῳδοποιος, latinè *scriptor Tragoediarum*, potius Παρῳδοποιος, *Paroediarum scriptor* legendum. De parodiis aliquid. An differant a sillis. Menagius in Eusebio substituens *scriptor elegiarum* refutatur. Idem locus a Schurzfleischio insigniter corruptus. Quid in Laërtio, Ερραψωδει τα ἑαυτε, demonstrent. Bruckerus reprehensus.

Γεγραφε δε και εν επεσι και ελεγειας και ιαμβυς καϑ' Ἡσιοδυ και Ομηρυ, επικοπτων αυτων τα περι ϑεων ειρημενα. αλλα και αυτος ερραψωδει τα ἑαυτυ.

Haec male Ambrosius, quem sequutus Meibomus est, in latinum convertit, *Scripsit versus, elegias, et iambos* etc. Nam *επος* heic est heroicum carmen, quod una cum elegiaco ac iambico usurpatum a Xenophane Laërtius prodit. Prave etiam Aldobrandinus, *Elegias et iambos in Hesiodum et Ho-*

Homerum carminibus scripsit, Monet scilicet carminibus elegias et iambos scripsisse, ne forte prosa oratione compositos suspicaremur. Hic idem locus haud intellectus Io. Ger. Vossio instit. poët. lib. 2. cap. 20. ac Aegidio Menagio ad Laërt. lib. 9. sect. 111. est. Sic enim statuunt, sillos heroicis, elegiacis ac iambicis versibus fieri ob ista ipsa Γεγραφε και εν επεσι και ελεγειας και ιαμβȣς etc. quae Vossius interpretatur, *Hexametris et elegiis et iambis fecerat sillos suos adversus Homerum et Hesiodum*. Sed hoc Laërtius profecto non dicit, sillos nimirum, quae complectitur hoc loco, tria carminum genera fuisse; immo verbum de sillis nullum facit. Certus autem ac indubitatus sillorum auctor, Timo videlicet Phliasius, eos tribus libris comprehensos, hexametris ex versibus composuit; quorum nonnullos habemus ab Laërtio, Sexto Empirico, Eusebio in praep. ev. aliisque, litteris traditos. Nam de Xenophane res est incerta: quos enim ei veteres adtribuunt, esse illos ipsos, quos Timo edidit, Stanleyus

hist.

Digitized by Google

hist. phil. part. 10. cap. 1. existimat: qui, quoniam scripti essent e Xenophanis persona obtinentis libro secundo ac tertio, qui in dialogo erant, docentis ac respondentis partes, silli Xenophanis vulgo dici solerent: cujus sententiam ob Sexti verba lib. 1. Pyrrhon. hyp. sect. 224. amplexus est Alb. Fabricius; postquam aliter in bibliotheca græca lib. 2. cap. 23. judicasset.

Sed, utcumque se res habeat, illa certe Γεγραφε δε και εν επεσι non equidem sic intelligo, ut a Vossio ac Menagio accepta sunt, *Xenophanem* nempe *hexametris*, *elegiis ac iambis Homerum Hesiodumque insectatum esse*; sed potius ita, *Heroicos versus*, *elegias ac iambos ab Xenophane editos*; *iamborum vero argumentum fuisse reprehensionem Hesiodi ac Homeri*. Nisi forte ιαμβȣς, de quibus nihil a caeteris memoriae proditum exstat, quotquot de Xenophanis carminibus habuere sermonem, librarius addiderit: Laërtius autem sic, Γεγραφε δε, και εν επεσι, και ελεγειας, και καθ' Ησιοδȣ και Ομηρȣ. Certe infra alius ab eodem Laërtio

ërtio iamborum scriptor Xenophanes Lesbius memoratur. Et Ios. Scaliger, cujus verba deinceps recitabo, ipse quoque alium, qui iambos fecerit, ac diversum a Xenophane physico fuisse credidit: huic vero tantum *επος και ελεγεια* adtribuit. Alb. Fabricius quidem in bibl. gr. ubi de Xenophane, Laërtium ita scribentem facit, *Και ιαμβȣς και καθ' Ησιοδȣ και Ομηρȣ*, propterea, quod hi, quos a Sexto habemus lib. 1. adv. phys. sect. 193. in Homerum Hesiodumque Xenophanis versus, hexametri sint,

Παντα θεοις ανεθηκαν Ομηρος θ' Ησιοδος τε,
Οσσα παρ' ανθρωποισιν ονειδεα και ψογος εστι,
Κλεπτειν, μοιχευειν τε, και αλληλȣς απατευειν·

verum nihil necesse est, ut hos ex quodam, quod totum contra Homerum ac Hesiodum compositum fuisset, poëmate sumptos putemus: siquidem etiam, dum aliud ageret Xenophanes, data occasione ista canere potuerit. Sed

Sed hic locus, in quo de Xenophanis versibus sermo institutus est, me admonet, ut heic aliud quiddam eodem pertinens ex Eusebii chronicis proferam: Positum id est Ol. 60. his verbis: *Simonides lyricus, et Phocylides clari habentur, et Xenophanes physicus scriptor tragoediarum*. At mirum profecto doctioribus hoc accidit, *scriptorem tragoediarum* Xenophanem vocari. Nihil enim ab antiquis de tragoediis Xenophanis unquam commemoratum est. Quare Ios. Scaliger, quem supra nominavi, *Physicum*, inquit, *et poëtam agnosco: tragoediarum scriptorem nego. Neque unquam apud veteres scriptores ullius tragoediae Xenophanis mentio extat: neque Laërtius harum rerum diligentissimus investigator illum aliud, praeter* επος και ελεγεια, *scripsisse refert. Fuit quidem alius ejusdem nominis* ιαμβογραφος. *Non propterea tamen tragoedias scripsisse consequens est, si iambos scripsit; neque, si tragoedias scripsisset, eundem esse cum hoc nostro physico. Unde hunc physicum* τραγῳδοποιον *fuisse collegerit Eusebius,*

aut scriptor, quem sequitur, amplius considerandum.

Ista quidem Scaliger. Dicam nunc ego, quæ hac de re mea sit opinio. Credo equidem, non Τραγῳδοποιος (nam in graecis ita apud Syncellum, Ξενοφανης Φυσικος τραγῳδοποιος.) sed omnino Παρῳδοποιος, qui latine est *parodiarum scriptor*, ab Eusebio editum: qua laude clarissimum Xenophanis fuisse nomen accepimus. Παρῳδας autem, seu παρῳδιας Graeci denominant carmina ad aliorum similitudinem composita, maxime ad reprehendendum vel irridendum; veluti quae a tragoedia ad comoediam transferuntur. Hesychius, Παρῳδȣντες· παρατραγῳδȣντες, χλευαζοντες. Suidas, Και παρῳδια· ȣ̃τως λεγεται, ὁταν μετενεχϑη λογος εκ τραγῳδιας εις κωμῳδιαν. Parodias porro, vel paroedias Latini quoque usurpasse videntur: eamque vocem in Asconio in procem. act. in Verr. etiam nunc legimus. Sunt vero valde similes ΠΑΡΩΔΟΠΟΙΟΣ et ΤΡΑΓΩΔΟΠΟΙΟΣ; et ea quidem vox haud trita consuetudine loquendi; haec autem

tem communior ac vulgatior est; ut hanc pro illa fuisse a scriba librario acceptam, a veri similitudine non abhorreat. Neque vero cogimur, ut, quemadmodum graeca ΤΡΑΓΩΔΟΠΟΙΟΣ, sic etiam latina *Tragoediarum scriptor* fuisse corrupta credamus. Potuit enim fieri, ut ipse interpres Hieronymus, vitiosa codicis Eusebiani lectione deceptus, *Tragoediarum scriptor*, uti nunc habemus, litteris mandaverit. Qui tamen erit, ne non minus ab Eusebio ipso, quam ab historiae veritate dissentiat, emendandus.

Jam quod dixi, Xenophanem nomen ob sillos seu parodias habuisse, multi testatum reliquere. Ita apud Athenaeum lib. 2. cap. 13. legitur, Ξενοφανης ὁ Κολοφωνιος εν ταις παρῳδιαις. Et apud Strabonem lib. 14. pag. 643. ubi nobiles Colophonios appellat, Ανδρες δ' εγενοντο Κολοφωνιοι των μνημονευομενων, Μιμνερμος αυλητης ἁμα και ποιητης ελεγειας· και Ξενοφανης ὁ τȣς σιλλȣς ποιησας δια ποιηματων. Sic etiam Eustathius ad Il. B. pag. 154. Οτι ȣ μονον

Ξενοφανης πεποιηκε σιλλȣς, εν οἷς ευδοκιμησεν. Eadem Aristophanis scholiastes ad equit. vers. 405. Silli autem ac paroediae Xenophanis inter se omnino non differunt; sive quod is sillos ad modum paroediarum scripserit, quem deinde Timo fuerit auctorem sequutus; seu potius quia, Xenophani qui adscribuntur, sint illi ipsi a Timone compositi: in qua opinione Stanleyum ac Fabricium fuisse, supra ostendimus. Timonem porro constat eos fecisse εν παρῳδιας ειδει, ut ait Laërtius lib. 9. sect. 111. Itaque hoc etiam nomine ab antiquis vocantur: ut Aristocles apud Euseb. præp. ev. lib. 14. cap. 18. Timonis αργαλεας παρῳδιας dicit: quibus hic, plerumque versibus ab Homero sumptis, veteres philosophos irrisit ac insectatus est.

Sed, ut ad verba Eusebiana sermonem referam, Menagius a Vallarsio ad chron. Euseb. laudatus, sic eadem corrigenda censuit, *scriptor elegiarum*. At vero *elegiae* ac *tragoediae* sono ac litteris non parum discrepant. Deinde, licet elegias fecerit, non

ta-

tamen , eam ob rem maxime, clarus Xenophanes fuisse perhibetur. Quapropter Strabo , cujus verba jam protuli , illustres Colophonios Mimnermum ac Xenophanem physicum laudans, eum quidem elegiárum scriptorem , hunc sillorum seu parodiarum fuisse narrat: ut istam etiam ob caussam Τραγῳδοποιον Xenophanem, veluti proprio nomine , appellaturum Eusebium unquam non fuisse putem , etsi tragoedias quoque ab eodem scriptas constaret. Cur enim non potius *εποποιος* , aut *ελεγειοποιος* , vel, si iambos fecit , *ιαμβογραφος* nuncuparetur ?

Schurzfleischius , ab eodem Vallarsio memoratus, pro ea, quam caeteri omnes libri exhibent, lectionem quamdam adfert codicis Palatini, quae est hujusmodi: *Simonides carminum scriptor lyricorum .. et Theophanes scriptor tragoediarum et physicus*. Tum, expuncto nomine *lyricorum*, ac verbis de uno in alium locum ex arbitrio translatis , sic legit, *Simonides carminum scriptor et tragoediarum* . Quis ullam ob haec Schurzfleischio laudem tribuat? Is ta-

men est, quod sane mireris, a Vallarsio maxime commendatus. Profecto nihil mutare multo fuerat satius. Nam et Simonides lyrica scripsit; et Theophanem physicum ex Stephano Byzantio V. Ἡρακλεȣπολις novimus, etiamsi de ejus tragoediis hic quidem mentionem non faciat.

Sequuntur in Laërtio, Αλλα και αυτος ερραψωδει τα ἑαυτȣ, quæ ex Ambrosio Meibomus reddidit, *Sua ipse quoque publice cantabat poëmata*: ego malim, *Verum ipse quoque sua ipsius placita versibus tradidit*; quorum nonnulli apud antiquos scriptores supersunt, forsan ex eo, quem Pollux lib. 6. cap. 9. laudavit, Xenophanis libro περι Φυσεως deprompti. Haec sententia cum antecedentibus mire congruit: nam, postquam Homeri ac Hesiodi poëmata de Diis carpsisse Xenophanem Laërtius dixit, continuo addit, *Verum ipse quoque rhapsodias scripsit, quibus sua ipsius scita mandavit*. Quare nihil necesse erat, Xenophanem ex philosopho cantorem facere, ut sibi *de victu prospiceret*: quod ex hoc Laërtii lo-

co

co Bruckerus hist. phil. vol. 1. pag. 1145. recte conjicere sibi visus est.

§. LXV.

AD SECT. XVIIII. LIB. VIIII. IN XENOPHANE.

Quomodo haec interpretanda Συμπαντα ειναι νυν και φρονησιν. Errasse Baylium, Bruckerum, Stanleyum, Mer. Casaubonum ac Laërtii interpretes. Quae fuerit Xenophanis de Deo sententia. Aliae eorumdem, tum etiam Menagii ac Kuhnii halucinationes. Και τα πολλα ἡττω νυ ειναι, quo pertineant. Opinio ejusdem Xenophanis de anima exponitur. Denique pro Εφη δε και τα πολλα ἡττω, potius, Εφη δε κατα πολλα ἡττω, scriptum a Laërtio videri.

Ουσιαν θεϐ σφαιροειδη, μηδεν ὁμοιον εχϐσαν ανθρωπῳ. ὁλον δε ὁρᾳν και ὁλον ακϐειν... συμπαντα τε ειναι νϐν και φρονησιν και αΐδιον. Πρωτος τε απεφηνατο, ὁτι παν το γινομενον φθαρτον εςι. και ἡ ψυχη πνευμα. εφη δε και τα πολλα ἡττω νϐ ειναι.

Corrigendi heic tum Laërtii interpretes tum etiam Baylius V. Xenophanes not. B. Bruckerus hist. phil. vol. 1. pag. 1148. Stanleyus

leyus tom. 3. ac caeteri omnes, qui Συμπαντα τε ειναι νουν και φρονησιν sic explicarunt, *Deum esse omnia, mentem ac prudentiam*; quum potius, *Totum mentem ac prudentiam esse*, interpretari ex Xenophanis sententia debuiſſent. Etenim quum is Deum fingeret σφαιροειδη, seu *conglobata figura*, ut ait in Lucullo Tullius cap. 37. vel παντη ὁμοιον, ut auctor των Φιλοσοφουμενων cap. 14. ideo, Ολον ὁρᾳν, ὁλον ακουειν, συμπαντα τε ειναι νουν, hoc est, *Totum*, ſive *omni parte sui, videndi pariter atque audiendi ac denique cogitandi vi ac facultate praeditum* putavit: quae certe Laërtius expressit ex illo Xenophanis, quod Sextus lib. 1. adv. physic. sect. 414. memoriae mandavit,

Ουλος ὁρα, ουλος δε νοει, ουλος δε τ' ακουει:

Xenophanis, inquam; constat enim iisdem quum sententiis tum etiam verbis. Propterea inquit, Ουσιαν θεου μηδεν ὁμοιον εχουσαν ανθρωπῳ. quod ita Xenophanes apud Clem. Alexandr. strom. 5. pag. 714. edit. Venet.

Ου

Ου τι δεμας θνητοισιν ὁμοιιος, ϒτε νοημα: Homines quippe alia quidem parte cernere, alia vero audire, alia item cognoscere ac cogitare possunt: Deus autem, ut et Plinius loquitur, hist. nat. lib. 2. cap. 7. *totus visus*, *totus* est *auditus*, totus animus ac mens. De eadem Xenophanis opinione sic auctor των Φιλοσοφϒμενων loc. cit. Φησι δε και τον θεον ειναι αϊδιον και ἑνα και ὁμοιον παντη και πεπερασμενον και σφαιροειδη ειναι, πασι τοις μοριοις αισθητικον. Denique Aristoteles libro de Xenophane, Zenone ac Gorgia, Ενα δ' οντα, ὁμοιον ειναι παντη, ὁραν τε και ακϒειν τας τε αλλας αισθησεις εχοντα παντη. Sed iis, quos supra commemoravi, haec ipsa, Συμπαντα ειναι νϒν και φρονησιν, certe ineptius in suis adnotationibus est interpretatus Meric. Casaubonus: siquidem ita scribit, συμπαντα significare το συμπαν, *universum*: tum sic, *Dicit igitur Xenophanes*, inquit, *universum esse mentem*.

Jam ad illa veniendum, quae viris doctis difficiliora sunt visa, Εφη δε και τα πολ-

πολλα ἡττω νȣ ειναι. Quae Meibomus quidem ex Ambrosio, *Et plurima deterior mente esse*; et Aldobrandinus similiter *Multa quoque inferiora esse, quam mentem*; sane parum scite: quis enim hoc ignorat? Menagius vero *verba* sibi *de mendo suspecta esse*, ait, ac *forsan legendum*, Τα πολλα ἡττω ἑνος ειναι. Eadem Kuhnius aliter accepit, cujus ista sunt: *Multa esse mente inferiora, hoc est, mentis non capacia ob suam ineptitudinem*, vel, *Multa esse mente inferiora, quatenus ob sui σμιχροτητα a mente non agnoscantur aut cognitu digna judicentur*. Sed hos certe una cum Petro Baylio loc. cit. not. D. Bruckero loc. cit. pag. 1156. Mer. Casaubono heic; qui, ut caetera fere, ita hunc etiam locum magis acute, quam vere aut probabiliter exposuit, longius a re ac Laërtii proposito aberrasse mihi persuasum est: quippe qui, τα πολλα ἡττω νȣ ειναι, omnino ad antecedentia pertinere, ac, ut equidem credo, de anima dici non viderunt: quod si intellexissent, facile haec, ab iis, Πρωτος τε

απε-

απεφηνατο, exorsi, sic mecum explicassent: *Primus, quicquid generatum est, mortale esse pronunciavit: animam quoque spiritum dixit; multoque eam ait mente inferiorem esse.*

Fuit igitur Xenophanes in ea sententia, quam alii plures sunt amplexi, mentem differre ab anima eique præstare. Contra Parmenides auctore eodem Laërtio sect. 22. Και την ψυχην και τον νυν ταυτον ειναι. Sic Democritus, ut Aristoteles tradit lib. 1. de anima cap. 2. Ψυχην ειναι ταυτο και νυν. At vero Anaxagoras, Εοικε μεν ἑτερον λεγειν ψυχην τε και νυν: nempe, ὡς θειοτερυ οντος τυ νυ παρα την ψυχην, ut ad Aristotelem Ioannes grammaticus. Multa in hanc rem, utrum anima a mente discrepet nec ne, tum ab Aristotele loc. cit. ac deinceps, tum ab iis, qui ad Ariſtotelis libros de anima commentati sunt, Themistio, Simplicio ac Ioanne grammatico disputantur; certe ei, quem modo appellavi, Mer. Casaubono nondum lecta, illud Laërtii de Parmenide, Την ψυχην και

τον

τον νȣν ταυτον ειναι, mendum eſſe aliquod exiſtimanti, atque haec ad eum locum ſcribenti, *Quaſi vero res obſervatione philoſophi digna et heic opportuna*, την ψυχην *et* τον νȣν *idem eſſe ſeu ſignificare*.

Verba Laërtii, de quibus hactenus egi, recte omnino ſe habere, ac τα πολλα ἧττω νȣ ειναι, *in multis inferiorem*, vel *multo inferiorem* utique exprimere judicavi. At ſi quis tamen, non illam, Εφη δε, και τα πολλα ἧττω νȣ ειναι, ſed hanc potius, Εφη δε, κατα πολλα ἧττω νȣ ειναι, veterem ſcripturam fuiſſe putet, non modo non repugnaverim, ſed ei libenter me ſocium hujus ſententiae adſcripſerim.

§. LXVI.

AD SECT. XXV. LIB. VIIII. IN ZENONE ELEATE.

Zenonem filium natura Televtagorae, adoptione Parmenidis fuiſſe. Laërtii locus perpurgatus.

Τȣτον Απολλοδωρος φησιν ειναι εν χρονικοις Πυρρηθος· τον δε Παρμενιδην, φυσει μεν Τελευταγορȣ, θεσει δε Παρμενιδȣ. Haec

Haec sane depravata; neque tamen ab ullo doctorum virorum, qui Laërtium commentariis illustrarunt, correcta. Quis enim heic Parmenidi locus? vel quomodo idem dicitur filius natura Televtagoræ, adoptione Parmenidis, quem paullo ante Laërtius in vita Parmenidis ipsius, Pyrethis filium fuisse scripsit? Denique Suidas, Theodoretus θεραπευτ. serm. 4. ac caeteri omnes, Parmenidem Pyrethis, Zenonem Televtagorae, filium narrant, non autem contra illum Televtagorae, hunc Pyrethis. Equidem non dubito, quin ita Laërtius, Τȣτον Απολλοδωρος φησιν εν χρονικοις ειναι, φυσει μεν Τελευταγορȣ, θεσει δε Παρμενιδȣ: ad haec adnotatum in margine ex vita Parmenidis, Πυρηθος δε τον Παρμενιδην, vel, τον δε Παρμενιδην Πυρηθος: quibus postea in hunc locum, et iis quidem perverse ac perperam, insertis, quod Laërtio, nescio quo fato, multoties factum novimus, pravissima, quam legis, sententia constitit. Zenonem porro Parmenidis discipulum cumque eo amicitia ac con-

consuetudine conjunctissimum, quique, ut Laërtius paullo post, ac in Parmenide tradidit Plato, Parmenidis παιδικα ferebatur, adoptatum ab eodem fuisse, mirum nemini videbitur.

§. LXVII.

AD SECT. XXV. LIB. VIIII. IN ZENONE ELEATE.

Cur Zeno a Timone Αμφοτερογλωσσος dicatur. Interpretatio H. Stephani improbata. Verba Apuleii de eodem Zenone, *Dictionem ambifariam dissolverat*, quo referenda sint. A Scipione Gentili et Florido; tum etiam ab aliis prave intellecta.

Αμφοτερογλωσσου τε μεγα σθενος ουκ αλαπαδνον
Ζηνωνος παντων επιληπτορος.

Hos versus, quos de Zenone Eleate scripsit Timo Phliasius, Plutarchus quoque in Pericle tom. I. pag. 154. litteris mandavit. Porro, quod hac una voce αμφοτερογλωσσος declarare Timo voluit, id ipsum, opinor, Apuleius in apolog. significavit iis verbis, quae et a Menagio ad hunc locum subjecta, sic habent: *Qui* (Eleates Zeno) *pri-*

primus omnium dictionem solertissimo artificio ambifariam dissolverat. At, quod maxime ad rem pertinet, neutrum viros doctos, nec Timonem, inquam, nec Apuleium intellexisse video. Scipio Gentilis et Floridus in suis ad Apuleium adnotationibus, illa, *Dictionem ambifariam dissolverat*, sane perperam accipiunt: putant enim hoc exprimi; Zenonem orationis bifariam partiendæ in rhetoricam ac dialecticam principem et auctorem fuisse: qua quidem de re proferunt primo testimonium M. Tullii, tum Quintiliani ex lib. 2. instit. orat. cap. 20. in haec verba: *Quum duo sint genera orationis, altera perpetua quae rhetorice dicitur, altera concisa, quae dialectice, quas quidem Zeno adeo conjunxit, ut hanc compressae in pugnum manui, illam explicatae diceret similem* etc. Sed hoc quam indocte! quae nimirum de Zenone Stoicorum principe, qui patria Citieus fuit, a Cicerone ac Quintiliano narrantur, ea de Eleate dicta credere. Ἀμφοτερογλωσσος autem eruditi cum H. Stephano in thes. graeco latine ex-

Digitized by Google

plicant, *diſputans in utramque partem*: in eamdemque ſententiam plures Apuleii locum detorquent: quod mihi certe haud quaquam probatur. Hanc enim potius utriusque ſcriptoris mentem fuiſſe, atque ad illud omnino ſpectaſſe arbitror, quod in Platone Laërtius libro 3. ſect. 47. Διαλογȣς φασι πρωτον γραψαι Ζηνωνα τον Ελεατην. *Dictionem* quippe *diſſolvere ambifariam*, id eſt dialogi maxime proprium: ubi non eſt oratio perpetua et continens ac veluti una, ſed duo vel plures loquuntur, quod ipſum nomen indicat. Ita αμφοτερογλωσσος erit, qui utriuſque perſonae, quas loquentes adhibet, lingua ac ſermone utitur. At vero *dictionem diſſolvere ambifariam* pro eo, quod eſt diſputare in utramque partem, non videtur recte dici poſſe.

Caetera Timonis, quibus Zenonem vocat παντων επιληπτορα, *cunctorum reprehenſorem*, tribuitque μεγα σθενος ȣκ αλαπαδνον, *magnum robur et invictum*; et quae de eodem Plutarchus in Pericle loc. cit. Ελεγκτικην δε τινα, και δι εναντιολογιας

γιας εις απορίαν κατακλεισαν εξασκησαντος ἕξιν, pertinent ad disserendi sollertiam ac vim, qua magna sane utebatur Zeno, præsertim in refutando; ut ab eo dialecticam facultatem inventam esse, ab Aristotele apud Sextum lib. 1. advers. logic. sect. 7. et Laërtium paullo post, traditum sit.

§. LXVIII.

AD SECT. XXVIIII. LIB. VIIII. IN ZENONE ELEATE.

Verosimile non videri, argumentationem, quae Achilles vocatur, permultis tributam; a Zenone plures ejusmodi conclusiunculas repertas: itaque a Laërtio scriptum, *Ουτος και τον Αχιλλεα πρωτος λογον ερωτησε και αλλους συχνους*. Hacc autem, *Φαβωρινος δε φησι Παρμενιδην*, aliena esse.

Ουτος και τον Αχιλλεα πρωτος λογον ερωτησε. Φαβωρινος δε φησι Παρμενιδην, και αλλους συχνους.

Omnino incredibile est, præter Zenonem aut Parmenidem, ferri alios complures, qui rogatiunculam, quae Achilles vocatur, primum protulerint. Non ergo eam

 sen-

sententiam fuisse litteris consignatam est existimandum: sed hanc aliam potius multo mihi probabilius, atque adeo certum atque perspicuum videtur: Ουτος και τον Αχιλλεα πρωτος λογον ερωτησε και αλλυς συχνυς, hoc est, *Hic et argumentationem Achillem primus adhibuit et alias permultas*. Constat enim Zenonem hujusmodi sophismatis ac fallacibus conclusiunculis uti solitum, quarum plures Aristoteles lib. 6. phys. cap. 14. memoriae mandavit. Illa vero, Φαβωρινος δε φησι Παρμενιδην, non sunt a Laërtio, sed ab eo, qui eadem in ora codicis adscripserat, ut ostenderet, aliter ipsum in vita Parmenidis extrema ex Favorino tradidisse. Exinde sunt in hunc locum, in quo vides, a librariis translata. Etiamsi vero ista quidem, Φαβωρινος δε φησι Παρμενιδην, dici per interpositionem, vel interclusionem, quam παρενθεσιν Græci vocant, possent; id tamen certe minus placet; et hoc idem præterea Laërtius haud ita multo ante in Parmenide scripserat.

§. LXVIIII.

§. LXVIIII.

AD SECT. XXXIIII. LIB. VIIII. IN DEMOCRITO.

De Xerse, qui a Democriti patre hospitio acceptus fuit. Emendatus Laërtius.

Ηνικα' εξενισθη παρ' αυτου.

Legere malim παρ' αυτῳ. His enim significari puto: *Quo tempore hospes apud eum fuit*; Xerses scilicet apud patrem Democriti.

§. LXX.

AD SECT. XXXIIII. ET XXXV. LIB. VIIII. IN DEMOCRITO.

Inepta quaedam ac subdititia indicantur.

Υστερον Λευκιππῳ παρεβαλε και Αναξαγορᾳ, κατα τινας.. Φαβωρινος δε φησιν εν παντοδαπῃ ἱστοριᾳ, λεγειν Δημοκριτον περι Αναξαγορου, ὡς... διασυρειν τε αυτου τα περι της διακοσμησεως και του νου, εχθρως εχοντα προς αυτον, ὅτι δη μη προσηκατο αυτον. πως ουν, κατα τινας, ακηκοεν

αυτȣ; Φησι δε Δημητριος.. αποδημησαι αυτον etc.

Verba, Πως ȣν, κατα τινας, ακηκοει αυτȣ; ad haec μη προσηκατο αυτον (quasi cum iis παρεβαλε Αναξαγορᾳ κατα τινας non convenirent) ab insulso quodam ac illitterato adnotata, post in hunc locum irrepsisse apertum est.

§. LXXI.

AD SECT. XXXVI. LIB. VIIII. IN DEMOCRITO.

Locus Laërtii de cella, in quam Democritus se abdidit, horto cincta correctus.

Λεγει δε, ὁτι τοσȣτον ην φιλοπονος, ὡςε τȣ περικηπȣ δωματιον τι αποτεμομενος, κατακλειςος ην.

Equidem ita scriberem, Το περικηπον δωματιον τι, vel, Τȣ περικηπȣ δωματιȣ τι, hoc est, *Ait vero* (Demetrius) *usque adeo studiosum* Democritum *fuisse, ut sibi cellulam quamdam horto cinctam segregans, in eam se includeret*. Certe non ea esse potest Laërtii sententia, quam expressit Aldobrandinus, *Ut secreta sibi a vicinis hortis aedicula quadam* etc.

§. LXXII.

§. LXXII.

AD SECT. XXXX. LIB. VIIII. IN DEMOCRITO.

Libros Democriti Platonem voluisse comburere. Corruptissimus Laertii locus sanitati restitutus, ac commode expositus. Is. Casaubonum, Menagium ac Kuhnium id frustra conatos.

Αριϛοξενος δ' εν τοις ἱϛορικοις ὑπομνημασι φησι, Πλατωνα θελησαι συμφλεξαι τα Δημοκριτȣ συγγραμματα, ὁποσα εδυνηθη συναγαγειν. Αμυκλαν δε και Κλεινιαν τȣς Πυθαγορικȣς κωλυσαι αυτον, ὡς ȣδεν οφελος· παρα πολλοις γαρ ειναι τα βιβλια ηδη. και δηλον δε. παντων γαρ σχεδον των αρχαιων μεμνημενος ὁ Πλατων, ȣδαμȣ Δημοκριτȣ διαμνημονευει, αλλ' ȣδε ενθα αντειπειν τι αυτῳ δεοι· δηλον ειδως, ὡς προς τον αριϛον ȣτω των φιλοσοφων εσοιτο.

In his postremis, *Δηλον ειδως, ὡς προς τον αριϛον ȣτω των φιλοσοφων εσοιτο*, aliquod vitium inesse, manifestum est. Ut ista sanarent, *ὁ αγων* ab Is. Casaubono ac Aegidio Menagio additum, ita, *εσοιτο ὁ αγων*, quasi, *Apertum sciens*,

 sibi

sibi cum summo philosopho futurum certamen. Eodem pertinet, tum Ambrosii ac Meibomi latina interpretatio, tum Ioachimi Kuhnii emendatio legentis ερεοιτο pro εσοιτο, itaque explicantis, *Nempe gnarus, quod philosophorum optimo sic contradiceret*. Sed haec sententia, ut vere dicam, parum scita ac elegans, atque adeo falsa ac aliena mihi videtur. Neque enim Plato fugit Democriti nomen mandare litteris, oblata eum impugnandi occasione propterea, quod decertare cum tanto philosopho non auderet; sed Democriti memoriam abolere conatus Plato est: ideo numquam, Laërtio narrante, ne refellendi quidem animo nominare voluit.

Aliter ergo hunc locum equidem constituendum ac emendandum putaverim. Verba scilicet, Δηλον ειδως, ὡς προς τον αριστον ουτω των Φιλοσοφων εσοιτο, collocanda certe post illa, τα βιβλια ηδη. και: ubi olim sedem habuisse, ea ipsa, Και δηλον δε, indicio sunt. Neque enim sic scripsit Laërtius, Και δηλον δε, nihilque addidit

dit praeterea: sed ita sane; Και δηλον δε, ως (vel, Και δηλον δ' ως) προς τον αριϛον ȣτω των Φιλοσοφων εσοιτο. παντων γαρ etc. Ista ratione omnia sibi mirum in modum consentient; eritque plana ac dilucida sententia; quam accipe latine expressam: *Narrat Aristoxenus in historicis commentariis, Platonem Democriti volumina, quaecumque quidem cogere potuisset, comburere voluisse: Amyclam vero et Cliniam Pythagoricos perinde, atque id frustra facturo obstitisse: jam enim multorum in manibus eos libros esse. Nec dubium sane, quin talis erga praestantissimum philosophum Plato fuisset futurus* (id est, hoc ipsi facturus, ut ejus libros flammis absumeret). *Nam qui de omnibus fere antiquis mentionem facit, is Democritum nullibi nominavit, ne his quidem locis, in quibus contra eum dicere oportuerit.*

Ex his profecto jam intelligis, vocem ειδως expellendam: cujus origo, ni fallor, haec fuerit. Nempe δηλον δ' ως casu quodam alio translatis, forsan indoctus quidam, ut aliquis sensus constaret, prae-

po-

posita ει alteri syllabae δ' ως, unde ειδως; tum repetita ως, in quo saepe a librariis erratur, factoque Δηλον ειδως, ὡς, sibi rem confecisse, ac, ut a Laërtio primum fuerat positum, ita scripsisse sibi visus est. Sed fieri etiam potest, ut olim legeretur, Και δηλον ειη δ', ὡς; ex quibus, dempta littera η dumtaxat, eadem vox ειδως exsistit. Iterum iterumque, qui legis, admonendus es, orationem Laërtii *mirum in modum*, ut cum Menagio dicam, *confusam ac perturbatam esse*, ne tibi, quod heic eidem contigisse arbitratus sum, id factu difficile videatur.

§. LXXIII.

AD SECT. XXXXV. LIB. VIIII. IN DEMOCRITO.

Thrasyllum Democriti libros certas in classes digessisse, quemadmodum Platonis κατα τετραλογιαν diviserat. Laërtius Meibomo ac Aldobrandino, praeterea Stanleyo ac Bruckero non intellectus.

Τα δε βιβλια αυτȣ και Θρασυλλος ανχγεγραφε κατα ταξιν ȣ̔τως, ὥσπερει και τα Πλα-

Πλατωνος κατα τετραλογιαν. εςι δε ηθικα μεν τα δε· Πυθαγορης... Φυσικα δε etc.

Libros Democriti Thrasyllus non diviſit κατα τετραλογιαν, quemadmodum Platonis partitus eſt. Nam τετραλογιαι, quae numero novem, ſingulae quatuor Platonis dialogos ſeu libros complectebantur, ut eſt apud Laërtium lib. 3. ſect. 57. a quo nomen accepere. At vero claſſes, in quas Democriti volumina ab eodem Thraſyllo diſtributa ſunt, videlicet, ηθικα, φυσικα, ασυντακτα, μαθηματικα, μυσικα, τεχνικα, ſane plura, quam quatuor ſingulas continuiſſe, ex Laërtio eadem recenſente, manifeſtum eſt. Errarunt igitur, qui ita hunc locum intellexere, Ambroſius, Meibomus, Aldobrandinus, Stanleyus hiſt. phil. tom. 3. part. 10. capit. 8. Bruckerus tom. 1. pag. 1185. Is enim ſic erat explicandus, *Libros autem illius hoc ordine Thraſyllus deſcripſit, quemadmodum idem Platonis*, κατα τετραλογιαν, hoc eſt *ſingulis claſſibus quatuor adſignans, diſtinxerat. Morales quidem*

dem hi sunt: *Pythagoras*, etc. *Physici vero* etc.

§. LXXIIII.

AD SECT. LXII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

λαμπαδισται qui fuerint. Meibomi, Stanley ac Bruckeri lapsus.

Αντιγονος δε φησιν ὁ Καρυϛιος... ὁτι την αρχην αδοξος τε ην και πενης και ζωγραφος· σωζεσθαι τε αυτȣ εν Ηλιδι εν τῳ γυμνασιῳ λαμπαδιϛας μετριως εχοντας.

Λαμπαδιϛας haud probe Stanleyus et Bruckerus in hist. phil. ubi de Pyrrhone, *servos lampadas tenentes*. Pejus Meibomus, *lampadum artifices*. Erant enim λαμπαδισται, quos et λαμπαδȣχȣς et λαμπαδηφορȣς appellabant Graeci, juvenes, qui facem manu gestantes cursu contendebant, quis primus metam contingeret non extincta lampade. Quod certamen Athenis fiebat festo Promethei ac Vulcani et Panathenæis. A Pausania vocantur λαμπαδηφοροι δρομεις, quos commode latine possis dicere *cursores lampadarios*.

§. LXXV.

§. LXXV.

AD SECT. LXVIII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

De Numenio, altero Pyrrhoneo, altero Pythagorico. Origenis locus e libris contra Celsum declaratus. Ejus sententiam Thuilliero, Spencero, H. Valesio aliisque non perceptam. τȣ Πρεσβευειν prolata significatio. Pythagoricum Numenium multo magis Platonicae, quam Pythagoricae philosophiae studiosum fuisse.

Μονος δε Νȣμηνιος και δογματισαι φησιν αυτον.

Numenius hic secta Pyrrhoneus fuit. Nam iterum de eo Laërtius mentionem faciens, inter Pyrrhonis sectatores numeravit sect. 102. *Οἱ μεντοι συνηθεις αυτȣ, Τιμων και Αινεσιδημος και Νȣμηνιος και Ναυσιφανης.* Est igitur idem, quemadmodum ad hunc locum Menagius, ab altero Numenio Pythagorico, multo sane celebriori, plane diversus. Ac de illo quidem, Pyrrhoneo scilicet, nihil praeter ea, quae ab aliis jam vulgata sunt, habeo dicere. De Apamensi vero (oriundus quippe Apamea Syriae erat Nu-

Numenius Pythagoreus) occurrit quiddam, quod, quum nesciam, an alia commodior occasio se mihi oblatura sit, arrepta hac qualicumque, proferam. Explicandus enim est sane elegans, de eodem agens Numenio, Origenis locus: non quod ejus sententiam valde abstrusam aut reconditam putem, sed quia viros eruditos non satis ad eam pervidendam acutos ac sollertes fuisse intelligam. Locus autem, quem dico, libro 4. contra Celsum pag. 543. edit. Maurin. ita scriptus est: Εγω δ' *οιδα και* Νȣ*μηνιον τον* Πυθαγορειον, *ανδρα πολλῳ κρειττον διηγησαμενον τον* Πλατωνα, *και των* Πυθαγορειων *δογματων πρεσβευσαντα, πολλαχȣ των συγγραμματων αυτȣ* etc. At quam haec vitiose Thuillierus interpres, a Ruaeo cum Origine editus Paris. 1733. exposuit! *Virum in explicando Platone peritissimum, et in Pythagoreis placitis versatissimum.* Multo tamen perversius cum Bruckero hist. philosoph. tom. 2. pag. 176. Gelenius, *Plerisque de rebus melius, quam Plato, disserentem, et sectae suae principem*: itemque Spence-

cerus, *Qui plerisque de rebus melius, quam Plato, disseruit, et Pythagoricis dogmatibus primatum tribuit*. Sed etiam H. Valesium praestantis ingenii ac doctrinae virum haec expedire non potuisse video. Sic enim hunc locum sane perperam verti jubet ad Euseb. hist. eccl. lib. 6. cap. 19. *Equidem Numenium Pythagoricum novi, qui longe melius, quam Celsus, Platonem exposuit et Pythagorae dogmata defendit*. Nam, ut alia praeteream, numquam, hoc quidem sensu, πρεσβευειν των Πυθαγορειων δογματων, sed certe τα Πυθαγορεια δογματα, vel τα των Πυθαγορειων δογματα, dicerent Graeci. Quare nullum est dubium, quin haec eo modo, quo reddam, sumenda sint, nimirum; *Scio autem et Numenium Pythagoreum, hominem, qui multo melius Platonem exposuit, habuitque antiquiorem scitis Pythagoreorum* etc. Est porro τι τινος πρεσβευειν, *hoc prae illo aestimare*, sive, *unum alteri praeferre*. Hesychius, Πρεσβευειν · προτιμᾳν: Sic etiam Plato lib. 9. de leg. tom. 2. edit. Serran. pag. 879. Το πρεσβυτερον ὡς ȣ σμι-

ꙋ σμικρῷ τꙋ νεωτερꙋ ἐςι πρεσβευομενον, hoc est, *Natu prius haud paullo plus, quam posterius honorari*. Enim vero πρεσβευειν, spectata vocis origine, denotat, *grandiorem natu esse*, vel *habere*: quumque aetate majoribus primae deferantur, quod modo etiam a Platone audivimus; inde hoc verbum ad significandum, quod est, *prae caeteris in honore esse*, vel *habere*, translatum. Similia prorsus illa *antiquiorem esse*, vel *ducere* apud Latinos.

Vides jam, Origenis sententiam hanc fuisse, Numenium, quamvis Pythagoreus denominaretur, multo tamen plus operae Platonis philosophiae explanandae tribuisse, eamque anteposuisse Pythagoreorum placitis: quod etiam in aperto ponunt, quaecumque ex ejus libris in praepar. evang. Eusebius posteritati commendavit. Itaque Platonicus idem memoratur a multis, ut a Porphyrio in vita Plotini: qui et Numenii scripta eundem Plotinum magno in pretio habuisse, eaque auditoribus suis enarrare solitum fuisse refert. Alii vero, quemadmodum

dum Longinus libro de fine, Chalcidius in Timaeum et Aeneas Gazensis in Theophrasto, Numenium adnumerant illis, qui Pythagorae decreta juncta cum Platonicis defenderent.

§. LXXVI.

AD SECT. LXXI. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

Illud Chilonis, Εγγυα· παρα δ' ατα, Scepticorum dictis consentaneum. Expositum το Βεβαιως και πεπεισμενως διεγγυασθαι. Quae Pyrrhoneorum Αποφασεις fuerint. Quid iisdem Απροπτωσια. Quid Αρρεψια. Porti ac Kusteri errores.

Επει και τα των επτα σοφων σκεπτικα ειναι. οἷον το, Μηδεν αγαν· και Εγγυα, παρα δ' ατα· δηλουσθαι τῳ βεβαιως και πεπεισμενως διεγγυωμενῳ επακολουθειν ατην.

Βεβαιως και πεπεισμενως διεγγυασθαι est, cum firma opinione ac credulitate fideiubere. Sextus lib. I. cap. 9. Pyrrhon. hypot. μετα βεβαιου πεισματος αποφαινεσθαι, ait, id est, ex firma animi sententia pronunciare; quod, Sceptici qui vocantur,

 ne

ne facerent cavebant. Alibi adhibet πεποιϑησιν, ubi inquit Pyrrh. hyp. lib. 1. cap. 23. μετα πεποιϑησεως αποφαινομενος. Vere autem Laërtius illud, Εγγυα, παρα δ' ατα, Scepticorum dictis consentaneum esse scribit: quum eo nimirum spectet, non esse facile credendum, nec cum certa assensione fidejubendum, ne illico damnum sequatur. Hoc vero, simile effatis Pyrrhoneorum, quae Sextus cap. 2. lib. 1. Pyrrhon: hyp. appellat σκεπτικας αποφασεις, id est, Scepticorum pronunciata negantia: ut illa sunt, Μηδεν ὁριςεον, Ουδεν μαλλον, et alia hujusmodi; quae ab eodem Sexto lib. cit. cap. 19. et deinceps, et a Laërtio inferius, copiose enarrantur. Sed haec, in quibus versamur, dico Τῳ βεβαιως και πεπεισμενως διεγγυωμενῳ επακολȣϑειν ατην, prave exposita leges ab Ambrosio ac Meibomo sic, *Qui fidejussor exsistat, illum e vestigio certa compertaque incommoda subsequi*: male item ab Aldobrandino, *Quod is, qui constanter fideliterque fidem suam liberaverit, damno ex eo afficiatur*. Nam ita ex-

explicanda, *Significari enim, eum, qui certo judicio ac nihil hæsitans fidejusserit, damno exinde affici*.

At illa etiam, nec enim istud praetermittam, quae infra habentur sect. 74. Προφερομεθα δε, φασι, τας αποφασεις εις μηνυσιν της απροπτωσιας, perperam omnino ab iisdem Ambrosio ac Meibomo sunt latine reddita hoc modo, *Caeterum sententias aliorum proferimus, nostrae infirmitatis indicium*. Quam imperite, προφερομεθα τας αποφασεις, *sententias aliorum proferimus*? Sunt enim αποφασεις, ut iterum dicam, negantes Scepticorum enunciationes, quas supra notavi, Ουδεν ὁριζομεν, Ου μαλλον, Ου καταλαμβανω, et similes aliae. Admodum ridicule et illa εις μηνυσιν της απροπτωσιας, *nostrae infirmitatis indicium*; quum certe significent, *ut continentiam a lapsu* (id est, ab assensu) *indicemus*; quemadmodum recte Aldobrandinus. Hanc enim ab assensu continentiam, απροπτωσιαν Sceptici vocabant, et vicissim adfirmationes negationesque caeterorum philosophorum,

O 2 qui

qui Dogmatici nominantur, *δογματικην προπετειαν*, ut est apud Sextum lib. 3. Pyrrhon. hyp. cap. 24. sect. 235. Eandem dicebant *αῤῥεψιαν*; de qua Laërtius paullo post, *Δια της ουν, ουδεν ὁριζομεν, φωνης, το της αῤῥεψιας παθος δηλουται*: est autem haec status animi neutram in partem propensi.

Hunc eundem locum, de quo agimus, ex Laërtio descripsit Suidas V. *Ουδεν μαλλον*: quem absurdissime ab Aemilio Porto sic explicatum, *Sed proferunt sententias aliorum ad declarationem, si ita loqui liceat, suae improvidentiae, id est, ut declarent sui ingenii imbecillitatem, ob quam futura praevidere nequeunt*, perverse etiam Porti emendator Kusterus interpretatus est, *Sed simpliciter tantum opiniones suas proferunt, ut ostendant, se non temere rebus assentiri*: Male enim *αποφασεις*, *opiniones* vertit, quum nullas plane haberent Pyrrhonei. *Απροπτωσια* autem non tam est, ex eorundem sensu, *rebus non temere assentiri*, quam nullo modo assentiri; eadem, uti diximus, at-

que

que *ἀρρεψια*: quando animus nullam in partem flectitur, nec adnuit quidquam, vel abnuit. Sed haec hactenus.

§. LXXVII.

AD SECT. LXXVII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

De effato Pyrrhoneorum, Παντι λογῳ λογον ἀντικεισθαι. Quomodo id impugnarent, qui Dogmatici vocantur. Quid his Sceptici reponerent. Verba Laërtii de Dogmaticis accepta, ad Scepticos referenda esse.

Προς ὁ φασιν οἱ Δογματικοι, μη αἱρειν τον λογον, αλλα προσεπισχυριζειν. μονον ουν διακονοις εχρωντο τοις λογοις. ου γαρ οἱον τε ην μη λογῳ λογον ανελειν· καθ' ὁν τροπον οιωθαμεν λεγειν, τοπον μη ειναι, και δει παντως τον τοπον ειπειν· αλλ' ου δογματικως, αποδεικτικως δε.

Illa *Μονον ουν*, usque ad *αποδεικτικως δε*, certe continent id, quod Sceptici respondent Dogmaticis, qui eos, *μη αἱρειν τον λογον, αλλα προσεπισχυριζειν*, objecerant. Verum post haec, *αλλα προσεπισχυριζειν*, fortasse deest aliquid: neque enim

 se

se Laërtius ad Scepticos orationem convertere significat; sed in eodem de Dogmaticis videtur sermone perstare, si verba quidem spectentur: nos autem, ut oportet, sententiae rationem habemus; itaque locum latine vertimus: *Contra Dogmatici, eos* (Scepticos) *rationem, seu enunciationem non tollere, sed confirmare disputant. At vero ii* (Sceptici) *solum ministeriis rationum seu enunciationum utebantur: nec enim fieri poterat, ut rationem non ratione tollerent: quo modo etiam, quum locum esse negare solemus, necessario locus nominandus est; verum non sic, ut adfirmemus, sed ut demonstremus*. Sermo heic est scilicet de illo Pyrrhoneorum effato, quod ante Laërtius, Παντι λογῳ λογος αντικειται, quo, tamquam fundamento, eorum haeresis nitebatur: inde enim suam illam εποχην sive αῤῥεψιαν petebant. Ad hoc porro, inquit, ajunt Dogmatici, eos, quod ita statuant, παντι λογῳ λογον αντικεισθαι, hoc ipso, μη αιρειν, non tollere τον λογον, sed ponere ac confirmare. Quibus contradicunt Pyr-

Pyrrhonei, se rationibus seu enunciationibus uti quidem; neque enim ratio sive enunciatio everti non-ratione, seu non-enunciatione potest; sed rem ita se habere, quemadmodum quum, *μη ειναι τοπον*, pronunciamus: namque *τον τοπον* dicimus quidem; verum *αποδεικτικως*, non *δογματικως*.

Eadem res a Sexto melius ac dilucidius explicatur lib. 1. Pyrrhon. hypot. cap. 27. *Οταν ȣν ειπω, παντι λογῳ λογος ισος αντικειται, δυναμει τȣτο φημι, παντι τῳ ὑπ᾽ εμȣ ζητȣμενῳ λογῳ, ὁς κατασκευαζει τι δογματικως, ἑτερος λογος κατασκευαζων τι δογματικως, ισος αυτῳ κατα πιςιν και απιςιαν αντικεισθαι φαινεται μοι· ὡς ειναι την τȣ λογȣ προφοραν ȣ δογματικην, αλλ᾽ ανθρωπειȣ παθȣς απαγγελιαν, ὁ εςι φαινομενον τῳ πασχοντι*. Corriges ergo Ioachimum Kuhnium, Aldobrandinum, Ambrosium atque Meibomum; quos prave admodum Laërtii verba accepisse, ex his, quae hactenus exposui, in aperto est. Sed unum superest, de quo te admonitum velim

lim, Laërtianum illud *μη λογῳ*, mihi quidem conjunctim efferre placuisse; quod Kuhnius approbat exemplis allatis; idemque latine reddere *non-ratione*, auctore M. Tullio, qui Acad. quaest. lib. I. cap. II. *non-corpus* eodem modo dixit.

§. LXXVIII.

AD SECT. LXXVIIII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

De decem Scepticis locis. Laërtii verba corrupte edita facile sanantur. Is. Casauboni ac Kuhnii emendationes rejectae. Locus a Meibomo corruptior factus.

Τȣτȣς δε τȣς δεκα τροπȣς, καθ᾽ ȣ̔ς τιθησιν, ἑν πρωτον· ὁ παρα τας διαφορας των ζωων προς ἡδονην και αλγηδονα, και βλαβην και ωφελειαν.

Mendosum hunc locum Is. Casaubonus sic esse corrigendum putat: Τȣτων δε των δεκα τροπων, ȣ̔ς τιθησιν, εις πρωτος, ὁ etc. Kuhnius autem ita, Τȣτȣς δε τȣς δεκα τροπȣς τιθησι καθ᾽ ἑν· πρωτον etc. id est, *Hos decem locos apponit singulos; primum* etc. Sed nihil, opinor, his emendatoribus est opus. Nam, si scripseris, ut

a Fro-

a Frobenio vulgatum est, Τουτους δε τους δεκα τροπους τιθησιν, ἓν πρωτον· ὁ παρα τας etc. tum pro ἓν posueris ἕνα; sic omnia facile integritati ſuae restituta videbuntur: erit enim haec sententia, *Decem vero modos seu locos, hos ponit: primum hujusmodi: qui ex animalium ad voluptatem et dolorem, ad detrimentum et utilitatem dissimilitudine datur*. Abest, uti vides, ab illa editione καθ' οὓς: deinde habetur ἓν πρωτον, quod et in aliis, Aldobrandiniana scilicet ac Stephanianis; nam, qui Amstelodami edi ex ingenio voluit εις πρωτος hoc modo, Τουτους δε τους δεκα τροπους, καθ' ους τιθησιν, εις πρωτος, ratus se locum belle emendasse, multo depravavit magis; veramque scripturam, quam esse diximus ἕνα πρωτον, quod in se fuit, cognoscendi nobis aditum interclusit.

§. LXXVIIII.

AD SECT. LXXX. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

De secundo Sceptico loco. Erratum Aldobrandini. Laërtii sententiam non perceptam, ac depravatam a Menagio fuisse.

Δευ-

Δευτερος, ὁ παρα τας των ανθρωπων φυσεις κατα εθνη και συγκρισεις.

Συγκρισεις prave *comparationes* dixit Aldobrandinus, iſta e graeco transferens, *Secundus locus ex hominum naturis accipitur, quae ex nationibus comparationibuſque ſpectantur*. Eſt enim heic συγκρισις concretio ac temperatio corporis, ut paullo ante Laërtius, Και τα μεν ὗτως, τα δ' ὗτως συγκεκριται, id eſt, *Et alia quidem* (animantium corpora) *ſic, alia aliter compoſita ac temperata ſunt*. Ergo eadem interpretanda, *Secundus locus ex hominum naturis ſumitur, quae ex nationibus ac corporum conſtitutionibus ſpectantur*. Menagius quidem vir eruditiſſimus putat, graeca verba vitio non carere. Nam, *de nationibus*, ait, *non eſt heic quaeſtio, ſed de proprietatibus temperamentorum*: *quare omnino legendum* (pro κατα εθνη και συγκρισεις) κατα ιδιοσυγκρισιας: *et ita apud Sextum etc.* Ne credas. Idem quippe Laërtio συγκρισεις, quod Sexto ιδιοσυγκρισιαι. Κατα εθνη autem

'tem non esse alienum, sed apte quadrare in hunc locum, ex ejusdem Sexti verbis, quae deinde adscribam, intelliges. Expenditur enim in hoc, qui ex decem Scepticis locis est ordine secundus, hominum natura pro nationum diversitate ac pro habitudinis uniuscujusque corporis varietate. Audi igitur jam Sextum, lib. 1. cap. 14. Pyrrh. hyp. hunc ipsum, de quo agimus, secundum locum scite, ut caetera solet, ac dilucide pertractantem: *Δυο τοινυν ειναι λεγομενων, εξ ὧν συγκειται ὁ ανθρωπος, ψυχης και σωματος, κατ' αμφω ταυτα διαφερομεν αλληλων. οἷον κατα σωμα, ταις τε μορφαις και ταις ιδιοσυγκρισιαις. διαφερει μεν γαρ κατα μορφην σωμα Σκυθȣ Ινδȣ σωματος. την δε παραλλαγην ποιει, καθαπερ φασιν, ἡ διαφορος των χυμων επικρατεια. παρα την διαφορον των χυμων επικρατειαν, διαφοροι γινονται και αἱ φαντασιαι. ταυτα τοι και εν τῃ αἱρεσει και φυγῃ των εκτος, διαφορα πολλη κατ' αυτȣς εςι. αλλοις γαρ χαιρȣσιν Ινδοι, και αλλοις οἱ καθ' ἡμας. το δε διαφοροις χαιρειν, τȣ μαρηλλα-*

λαγμενας απο των ὑποκειμενων φαντασιας λαμβανειν εςι μηνυτικον. Κατα δε ιδιοσυγκρισιας διαφερομεν· ὡς ενιȣς κρεα βοεια πετραιων ιχθυδιων ρᾳον πεττειν· και ὑπο λεσβιȣ οιναριȣ εις χολεραν περιτρεπεσθαι. ην δε, φασι, γραυς Αττικη τριακοντα ὁλκας κωνειȣ ακινδυνως προσφερομενη. Λυσις δε και μηκωνειȣ τεσσαρας ὁλκας αλυπως ελαμβανε. και Δημοφων μεν ὁ Αλεξανδρȣ τραπεζοποιος (quod exemplum etiam Laërtius heic posuit) εν ἡλιῳ γενομενος η εν βαλανειῳ ερριγε, εν σκιᾳ δε εθαλπετο. Plura Sextus eaque elegantissima. Sed haec in re praesenti sunt satis.

§. LXXX.

AD SECT. LXXXVIIII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

De vitioso circulo, qui dicitur. Correctus ac explicatus Laërtii locus.

Οἷον, ει το ειναι πορȣς τις βεβαιοι δια το απορροιας γινεσθαι, αυτο παραλαμβανει προς βεβαιωσιν το απορροιας γινεσθαι.

Certe mendum est, προς βεβαιωσιν το απορροιας γινεσθαι. Scribe igitur, προς βεβαι-

βαιωσιν του απορροιας γινεσθαι, hac sententia, *Ut si quis raritates inesse in corporibus ex eo confirmet, quod fluxiones exsistant, id ipsum sumit* (raritates videlicet in corporibus inesse) *ut ostendat exsistere fluxiones*. Locum non intellexit, vel certe obscurius exposuit Aldobrandinus, sic latine vertens, *Ut si quis raritates inesse in corporibus ex eo confirmet, quod fluxiones exsistant, is ad confirmandum id ipsum accipit, fluxiones videlicet exsistere*. Eadem dicas de Ambrosio ac Meibomò. Sermo est enim de eo, quem nostrates philosophi appellant *circulum vitiosum* vel *sophisticum*, Graeci autem τον τροπον διαλληλον, vel τον δι αλληλων τροπον vocare consueverant. Ipsum Laërtius ante haec, Οἷον ει το ειναι πορους &c. quae prae manibus habemus, ita describit, verbis a Sexto acceptis ex lib. I. Pyrrhon. hypot. cap. 15. sect. 169. Ο δι αλληλων τροπος συνισαται, ὅταν το οφειλον του ζητουμενου πραγματος ειναι βεβαιωτικον, χρειαν εχη της εκ του ζητουμενου πισεως. οἷον ει το ειναι πορους &c.

§. LXXXI.

§. LXXXI.

AD SECT. LXXXX. LIB. VIIII. IN PYRRHONE

An Aenesidemus motum adseruerit. Menagium halucinatum esse. Pravae Ambrosii ac Meibomi interpretationes.

Ανηρȣν δ' ȣτοι (Σκεπτικοι) και πασαν αποδειξιν και κριτηριον.. και κινησιν.

Ad illud *και κινησιν*, haec a Menagio adnotata = *Tamen de Aenesidemo, philosopho Sceptico, Sextus adv. Mathem. pag.* 386. *Οἱ δε πλειȣς, εν οἱς εισι και οἱ περι τον Αινεσιδημον, διττην τινα κατα το ανωτατω κινησιν απολειπȣσι, μιαν μεν την μεταβλητικην· δευτεραν δε την μεταβατικην* = quasi vero Aenesidemus a caeteris Pyrrhoneis dissenserit, ac motum esse in natura, eumque duplicem pronunciaverit: quod est plane falsum, ac numquam profecto a Sexto traditum: cujus verba longe diversam ab ea, quam vir eruditissimus existimavit, sententiam continent. Nam ibi, hoc est, libro 2. adver. physic. sect. 37. et deinceps Sextus disputat, quot in partes philosophi mo-

motum partirentur. Ac primo Aristotelem ait sex motus specie differentes reliquisse, nempe, τοπικην μεταβασιν, μεταβολην, γενεσιν, φθοραν, αυξησιν, μειωσιν. His illa subjicit, quae superius allata, Οἱ δε πλειȣς, εν οἷς εισι και οἱ περι Αινεσιδημον, διττην τινα etc. id est, plerosque, in quibus Aenesidemus, duo genera ponere, την μεταβλητικην scilicet και μεταβατικην κινησιν: ad illud autem, dico την μεταβλητικην, reliquas species quatuor, quas statuit Aristoteles, revocare: alios denique, inquit, cum Epicuro unum tantum genus agnoscere, videlicet την μεταβατικην κινησιν; huic generi την μεταβλητικην, veluti speciem, subjectam.

Posteaquam vero motum, ut variae ferebant opiniones philosophorum, in suas partes distinxit, transit ad illos Sextus, qui eum esse revera, vel adsererent, vel negarent: quos omnes his verbis complectitur; Γνωϛεον, ὁτι τρεις γεγονασι ϛασεις κατα το ανωτατω περι κινησεως. οἱ μεν γαρ φασιν κινησιν ειναι· οἱ δε μη ειναι· οἱ δε ȣ μαλλον

λον ειναι, η μη ειναι. Και ειναι μεν ὁ τε Βιας, τοις φαινομενοις προσεχων, και οἱ πλειϛ των φυσικων, ὡσπερ οἱ περι Πυθαγοραν και Εμπεδοκλεα και Αναξαγοραν Δημοκριτον τε και Επικϛρον. οἱς και οἱ απο τϛ Περιπατϛ, ετι δε και οἱ απο της Στοας συναπεγραψαντο και αλλοι παμπληθεις. Μη ειναι δε οἱ περι Παρμενιδην και Μελισσον, ὑς ὁ Αριστοτελης στασιωτας τε και αφυσικϛς κεκληκεν..... Μη μαλλον δε ειναι κινησιν, η μη ειναι ελεξαν οἱ απο της σκεψεως. Itaque Sextus hoc sibi voluit, Aenesidemum duo genera tradidisse, quibus omnes motus species ac formae comprehenderentur, si motus esset in natura. De hoc tamen una cum aliis ex eadem familia, cum Scepticis inquam, assensum sustinuisse. Sed Photius praeterea cod. 212. diserte Aenesidemum libro tertio των Πυῤῥωνειων λογων contra motum disseruisse narrat: ait enim, Και ὁ τριτος δε αυτῳ (Αινεσιδημῳ) λογος περι κινησεως και αισθησεως και των κατ᾽ αυτας ιδιωματων τας ὁμοιας περιεργαζομενος εναντιολογιας, εις το ανεφικτον και ακαταληπτον ὑποφερει και αυτα. Iam

Jam quod ad priora, *Ανηρȣν δ' ȣτοι και πασαν αποδειξιν*; pertinet: ut hi commune illud Dogmaticorum perfugium obstruerent, quod erat, *Υπαρχειν τινα μηδεμιας αποδειξεως δεομενα*, itaque *την αποδειξιν εις απειρον* non procedere; eam inibant rationem, quam exhibet Laërtius paullo post, *Ει δε δοκει, φασιν, ὑπαρχειν τινα μηδεμιας αποδειξεως δεομενα, θαυμαστοι της γνωμης (οἱ Δογματικοι) ει μη συνιασιν; ὅτι εις αυτο τȣτο πρωτον, ὡς αρα εξ αὑτων εχει την πιστιν, αποδειξεως χρεια*. Quae omnino perverse, ea nempe, *ὡς αρα εξ αὑτων εχει την πιστιν*, a Meibomo translata, *Quod fidem alia habeant ex eis, probatione indigere*, ita sunt explicanda fere, ut illa reddidit Aldobrandinus, *Illud ipsum primum, quod ea ex se ipsis suaque vi sibi fidem confirment, probatione indigere*. Eadem prave ac admodum obscure Ambrosius, *Hoc ipsum in primis, quod fidem habeat ex eis probatione indigere*.

P §. LXXXII.

§. LXXXII.

AD SECT. LXXXXII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

De Protagorae sententia, Παντων χρηματων μετρον εστιν ανθρωπος. Laërtius quomodo legendus ac accipiendus sit.

Tȣς δε οιομενȣς, μη δειν εκ των κατα περιςασιν κρινειν ταληθες, μηδ' εκ των κατα φυσιν νομοθετειν, ελεγον ἀυτȣς μετρα των παντων ὁριζειν, ȣχ ὁρωντας, ὁτι παν το φαινομενον, κατα αντιπεριςασιν, και διαθεσιν φαινεται.

Ελεγεν ἀυτοις exhibent Stephaniani ac Aldobrandiniani libri. At ego ελεγον ἀυτȣς omnino scribendum putavi, quemadmodum Basileaé primum vulgatum fuerat. Quippe ajebant Sceptici, Tȣς οιομενȣς μη δειν etc. ὁριζειν ἀυτȣς (*constituere se ipsos*) μετρα (hoc est κριτηρια) των παντων etc. quae erat sententia sectatorum Protagorae ; de quo Laërtius in ejus vita et Sextus lib. 1. adv. logic. sect. 60. et deinceps, et lib. 1. Pyrrhon. hypot. cap. 32. Is enim dicebat,

Παν-

Digitized by Google

Παντων χρηματων μετρον εϛιν ανθρωπος: quod Sextus loc. cit. explicat his verbis; Μετρον μεν λεγων το κριτηριον · χρηματων δε των πραγματων · ὡς δυναμει φασκειν, παντων πραγματων κριτηριον ειναι τον ανθρωπον. Id ipsum Hermias εν τῳ διασυρμῳ sic, Ορος και κρισις των πραγματων ὁ ανθρωπος: et Laërtius infra sect. 95. Τον ανθρωπον κριτηριον ειναι. Sed locum, de quo sermo est, quum prave legerint, sic perperam interpretati sunt, tum Ambrosius ac Meibomus, *Eos dicebant modos rerum omnium sibi definire*, tum Aldobrandinus etiam, *Hos ita rerum omnium modum definire ajebant, ut non perspicerent* etc. Quod deinde sequitur ȣχ ὁρωντας, rectum est: congruit enim cum τȣς οιομενȣς δε etc. ὁριζειν etc. At id vitiavit Meibomus, Amstelodami edens ȣχ ὁρωντες, vulgatam lectionem videlicet hoc modo sanare se ratus.

§. LXXXIII.

AD SECT. LXXXXIII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

Argumentum Pyrrhoneorum proponitur. Laërtii loco vitiose edito medicina adhibetur.

Ετι φησιν ὁ συζητων ἡμιν, το φαινομενον πιϛον εϛιν, η ȣ; ει μεν ȣν πιϛον εϛιν, ȣδεν ἑξει λεγειν προς τον, ᾧ φαινεται τȣναντιον· ὡς γαρ αυτος πιϛος, το φαινομενον λεγων· ȣ̔τω και ὁ εναντιος. ει δ' απιϛον, και αυτος απιϛηθησεται, το φαινομενον λεγων.

Haec, quae, uti vulgata erant, ita descripsi, mendosiora sunt; nec ulla intelligi ratione queunt. Me auctore sic emendanda. Scribendum primo, *ȣ̔τω και ὁ εναντιοι*: deinde *φασιν* pro *φησιν*; insequentibus verbis *ὁ συζητων ἡμιν*, alio translatis, ita, *Ετι, φασιν, το φαινομενον πιϛον εϛιν, η ȣ; ει μεν ȣν πιϛον εϛιν, ὁ συζητων ἡμιν ȣδεν ἑξει λεγειν* etc. Quae hanc sententiam continent, *Praeterea, ajunt* Sceptici, *vel, quod apparet, fidem facit, vel non*

non facit. Si facit fidem, qui nobiscum disputat, ὁ συζητων ἡμιν, nihil habebit, quod ei contra dicat, cui contrarium videtur: ut enim ipse fidem facit, quod sibi apparet, enarrans; sic etiam, qui contrarium sibi videri dicit. Si vero fidem non facit, ipse quoque, qui, quod apparet, dicit, nullam fidem faciet.

§. LXXXIV.

AD SECT. LXXXXVI. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

Qua ratione signum non esse in iis, quae cadunt in sensus, efficerent Sceptici. Emendatus Laërtius. Menagii παροραμα.

Και το μεν αισθητον κατα διαφοραν, το δε σημειον των προς τι.

Malo των κατα διαφοραν. Est vero haec sententia: *Quod sensui subjicitur, pertinet ad ea, quae differentia constant: signum autem ad illa, quae cum aliquo conferuntur*. Sic etiam Sextus lib. 2. adv. logic. sect. 163. Επει ουν δυο εισι των πραγματων διαφοραι, μια μεν ἡ των κατα διαφοραν,

δευτερα δε ἡ των προς τι πως εχοντων, δεησει και το σημειον τογε ενδεικτικον, ητοι των κατα διαφοραν, η των προς τι ὑπαρχειν. αλλα των κατα διαφοραν μεν ουκ αν ειη etc. Quid autem sint τα κατα διαφοραν, et τα προς τι, facile ex illis, quae Menagius ad hunc locum subjecit, Sexti verbis cognosces, ipsi licet Menagio haud omnino intellectis; quippe qui haec, Αλλ' ἱνα τουτο νοησωμεν, συνεπιβαλλειν δει και εκεινῳ, τῳ, οὑ λευκοτερον εςιν, η τῳ, οὑ μελαντοτερον εςι, sic cum priore inte rprete explicarit, *Sed, ut hoc intelligamus, simul quoque adjicere oportet et illud, non est albius, aut illud, non est nigrius*, sane perquam inscite: sunt enim ita interpretanda; *Sed ut hoc* (nempe το λευκοτερον, aut το μελαντοτερον, *magis album*, aut *magis nigrum*) *intelligamus, una ad illud, quo est candidius, aut ad illud, quo est nigrius, mentem adjicere necesse est*: quo fere modo reddidit Alb. Fabricius.

§. LXXXV.

§. LXXXV.

AD SECT. CV: LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

De visis imaginibus quae dicerent Pyrrhonei. Εικονα] male Ambrosium ac Meibomum *statuam* vertisse. Εισοχας et Εξοχας, *quae recedunt* ac *eminent* latine dixisse Quintilianum. Eadem sententia Tullium *eminentias* et *umbras* usurpasse. Εξομολογησεις recte Aldobrandinum, prave cum Ambrosio Meibomum interpretatos.

Και γαρ ὁτε την εικονα ἐξοχας εχειν λεγομεν, το φαινομενον διασαφυμεν· ὁταν δε ειπωμεν, μη εχειν αυτην εξοχας, υκετι ὁ φαίνεται, ἑτερον δε λεγομεν.

Frequens erat in libris Pyrrhoneorum, ut apud Sextum Pyrrhon. hypot. lib. 1. sect. 92. et 120. imaginum mentio, quae licet interdum planae sint, *εξοχας* tamen et *εισοχας* habere videantur, hoc est, alia quae emineant, alia quae recedant. Male igitur Ambrosius ac Meibomus *εικονα statuam* interpretati sunt. Sententia hujus loci profecto est hujusmodi. Si quis aliquam imaginem contuens, quae spectanti videatur

ἐξοχὰς ἔχειν, eminentias eam dicat habere; is quidem non id, quod est revera, sed, quod apparet, dicit: itaque hoc adprobant Pyrrhonei. Aliud vero est, si illam ipsam, planam esse, seu nihil esse in ea lacunosi, aut eminentis adfirmet. Tunc enim loquitur de ipsa rei veritate, non autem de re, ut ea quidem apparet intuenti: quod iidem Sceptici negant, fieri posse absque periculo erroris.

Quod supra εἰσοχὰς et ἐξοχὰς latine dixi *alia quae emineant, alia, quae recedant*, sequutus sum Quintilianum auctorem instit. lib. 2. 17. ubi haec habet, *Pictor quum vi artis suae efficit, ut quaedam eminere in opere, quaedam recessisse credamus, ipse ea plana esse non nescit. Eminentiam* autem usurpavit Tullius in Lucullo, *Quam multa vident pictores in umbris et in eminentia, quae nos non videmus?* Eundem per *umbras*, εἰσοχὰς expressisse, ab H. Stephano est adnotatum ad lib. 1. Pyrrhon. hypot. num. 58. Denique et illud *lacunosum aut eminens*, quo usi sumus, a Cicerone sum-

sumpsimus lib. 2. de nat. Deor. cap. 18.

Notabo jam alterum Ambrosii ac Meibomi *σφαλμα*. In iis enim, quae paullo ante Laërtius, *Περι δε της, ουδεν ὁριζω, φωνης, και των ὁμοιων λεγομεν, ὡς ου δογματων. ου γαρ εισιν ὁμοια τῳ λεγειν, ὁτι σφαιροειδης εστιν ὁ κοσμος. αλλα γαρ το μεν αδηλον, αἱ δε εξομολογησεις εισι*, verba *εξομολογησεις εισι*, prave ab iisdem translata, *certae consensiones sunt*. Tu sic intelligas velim; *Illa autem* (nempe *nihil definio* et alia hujusmodi) *confessiones sunt*, vel *confitentis sunt*, ut eleganter Aldobrandinus: confitentis, inquam, se nihil definire.

§. LXXXVI.

AD SECT. CVIII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

Τα φαινομενα non esse judicium veritatis: ea quippe μη ειναι κατα αληθειαν, αλλα μονον κατα δοξαν, ex Democriti opinione. Laërtii verba, quae a Kuhnio depravata, enarrantur. Mendum e Sexto sublatum. Denique et illa, ὡς απο τε πυργε η στρογγυλε η τετραγωνε, exposita.

Δημοκριτος δε, μηδεν ειναι των φαινομε-

μενων· τα δε μη ειναι. Προς τουτο, το κριτηριον των φαινομενων, οἱ δογματικοι φασιν, ὁτι ὁτε απο των αυτων διαφοροι προσπιπτουσι φαντασιαι, ὡς απο του πυργου, η στρογγυλου, η τετραγωνου, ὁ σκεπτικος, ει ουδετεραν προκρινῃ, απρακτησει· ει δε τῃ ἑτερᾳ κατακολουθησει etc.

Illa, Δημοκριτος δε, μηδεν ειναι των φαινομενων. τα δε μη ειναι, quo pertinerent, eruditos latuisse, confitendum est. Ambrosius quidem, ex quo Meibomus, sic eadem de graeco transtulit. *Democritus nihil se nosse ait eorum, quae apparent; quaedam vero ex his ne esse quidem*. Forsan ex ingenio emendavit, legitque μηδεν ειδεναι; quod tamen nihil ad rem facit. Heic enim περι του κριτηριου sermo est, ut infra declarabitur. Praeterea male τα δε vertit, *quaedam vero ex his*. Nam omnia, qui ita posuit, complectitur. Kuhnius vero εξω, vel πλην addendum opinatus est hoc modo, Μηδεν ειναι, πλην των φαινομενων. τα δε μη ειναι: quae idem exponit, *Demo-*

mocritus autem dixit , nihil esse verum , praeter apparentia ; illa vero non esse . Sed haec sententia , nec sibi constare , nec cum scitis Democriti , quae postea e Sexto cognoscentur , congruere videtur ; denique est ab hoc loco , in quo , ut iterum dicam , de judicio veri et falsi agitur , prorsus aliena . Nam antea sic Laërtius , Εϛιν ϰν κριτηριον κατα τϰς Σκεπτικϰς το φαινομενον , ὡς και Αινεσιδημος φησιν . ϰτω δε και Επικϰρος . Δημοκριτος δε μηδεν etc. Ita igitur haec interpretanda fuisse existimo ; *Ergo est apud Scepticos veri judicium id , quod apparet , ut Aenesidemus etiam tradit : Quod idem sentit Epicurus . Democritus vero nihil eorum , quae videntur , tale judicium esse putat : ista autem non esse .* Hoc ipsum porro visum Democrito , quae apparent , non esse veritatis judicium , quippe quae reapse non essent , verum id esse rationem , docet Sextus lib. 1. adv. logic. sect. 135. his verbis , Τοιος δε μεν και ὁ Ηρακλειτος (nempe τον κοινον λογον κριτηριον αποφαινομενος) . Δημοκριτος δε (τοιος) ὁτι μεν αναι-

αναιρει τα φαινομενα ταις αισθησεσι, και τουτων λεγει μηδεν φαινεσθαι κατα αληθειαν, αλλα μονον κατα δοξαν. αληθες δε εν τοις ουσιν ὑπαρχειν, το ατομους ειναι και κενον. νομῳ γαρ, φησι, γλυκυ, και νομῳ πικρον, νομῳ θερμον, νομῳ ψυχρον, νομῳ χροιη· ετεῃ δε ατομα και κενον. ἁπερ νομιζεται μεν ειναι και δοξαζεται τα αισθητα, ουκ εςι δε κατα αληθειαν ταυτα· αλλα τα ατομα μονον και το κενον. Idem inferius, Εν δε τοις κανοσι δυο φησιν (Δημοκριτος) ειναι γνωσεις. την μεν δια των αισθησεων, την δε δια της διανοιας· ὡν την μεν δια της διανοιας, γνησιην καταγει, προσμαρτυρων αυτῃ το πιςον εις αληθειας κρισιν. την δε δια των αισθησεων, σκοτιην ονομαζει, αφαιρουμενος αυτης το προς διαγνωσιν του αληθους απλανες..... ουκουν και κατα τουτον ὁ λογος εςι κριτηριον, ὁν γνησιην γνωμην καλει. Admonebo heic, ὡς εν παροδῳ, quum ante illa, Δημοκριτος δε, ὁτι μεν etc. haec de Heraclito Sextus, Νυν γαρ ῥητοτατα και εν τουτοις τον κοινον λογον κριτηριον αποφαινεται· και τα μεν κοινη φα-

σι

σι Φαινομενα, πιστα, ὡς αν τῳ κοινῳ κρινομενα λογῳ· τα δε κατ' ιδιαν ἑκαστῳ, ψευδη, pro *φασι*, scribendum fuiſſe *πασι*.

Restant explicanda, Οτε *απο των αυτων διαφοροι προσπιπτουσι φαντασιαι, ὡς απο του πυργου, η ϛρογγυλου, η τετραγωνου.* Prave enim haec, *ὡς απο του πυργου, η ϛρογγυλου, η τετραγωνου*, Aldobrandinus et ex Ambrosio Meibomus interpretati sunt, *a turri, vel rotunda, vel quadrata*: siquidem non sunt *η ϛρογγυλου, η τετραγωνου* cum *του πυργου* conjungenda; sed certe sic accipienda, *ὡς απο του πυργου φαντασιαι η ϛρογγυλου η τετραγωνου*: unde haec sententia, *Quum ab iisdem rebus diversi visus objiciuntur, quemadmodum ab eadem turri, vel rotundi, vel quadrati species*. Quod exemplum, saepius apud eum, quem toties nominamus, Sextum Pyrrhoneum legitur; ut sect. 208. lib. 1. advers. logic. *Εκ μακρου μεν διαςηματος μικρον ὁρᾳ τον πυργον και ϛρογγυλον, εκ δε του συνεγγυς μειζονα και τετραγωνον*. Et sect. 414. *Το γαρ αυτο, λειον και τραχυ ὑποπιπτει, ὡς επι των γραφων·* *ϛρογ-*

ϛρογγυλον τε και τετραγωνον, ὡς επι των ποργων.

§. LXXXVII.

AD SECT. CVIII. LIB. VIIII. IN PYRRHONE.

Ad id, quod ajebant, qui dogmata tuentur, Scepticos ita vivere, ut patrem laniare non recusent, hos ita respondere solitos; se nihil decernere de quaestionibus, quibus dogmata explicantur: non autem de iis, quae servanda in vita sunt. Mendosior, ac obscurior locus, correctus ac declaratus. Postrema, Τινες δε και την απαθειαν etc. quo referenda sint. Opinio Aenesidemi ab Aristocle tradita, a Vigero male explicata.

Λεγοντων δε των Δογματικων, ὡς δυνησεται βιϐν ὁ Σκεπτικος, μη φευγων το, ει και κελευσθειη, κρεϐργειν τον πατερα· φασιν οἱ Σκεπτικοι περι των Δογματικων, πως δυνησεται βιϐν ζητησεων απεχων, ϐ περι των βιωτικων και τηρητικων; ὡϛε, και αἱρϐμεθα τι κατα την συνηθειαν, και φευγομεν, και νομοις χρωμεθα. τινες δε και την απαθειαν· αλλοι δε την πραοτητα τελος ειπειν φασι τϐς Σκεπτικϐς.

Haec uti feruntur, esse depravatissima,

ma, nemo, qui legerit ac attentius consideraverit, inficiabitur. Quare non est mirum, absurde etiam ac vitiose reddita ab Ambrosio ac Aldobrandino fuisse: ab eo quidem; *Dicentibus vero Dogmaticis posse vivere Scepticos non detrectando, si jubeantur, etiam patrem necare; respondent illi de Dogmaticis; quomodo vivere poterit, et abstinere quaestionibus, non de rebus vitae communis et observandis* etc. ab Aldobrandino autem, *Dicentibus vero his, qui dogmata tuentur, Scepticum vivere posse, non recusantem* etc. *respondent Sceptici quaerentes, quomodo ipsi vivere poterunt, his quaestionibus abstinentes, quae ad vivendam conservandamque vitam non pertinent*? Meibomus vero etiam graeca intacta haud reliquit: cumque Πως δυνησεται βιȣν ζητησεων απεχων, de philosopho, quem Dogmaticum nominant, dici a Scepticis existimaret, Δογματικος ex arbitrio indidit: itaque certe vitiosius, quam in caeteris libris esset, Πως δυνησεται βιȣν Δογματικος ζητησεων απεχων, Amstelodami vulgavit.

Tu

Tu vero, si sapis, primo quidem pro *πως δυνησεται*, scribe *ὡς δυνησεται*, quemadmodum superius legitur: deinde pro *απεχων*, *επεχων*: tum hoc *περι των δογματικων* ab antecedentibus distinguens isto modo, *Φασιν οἱ Σκεπτικοι, περι των δογματικων ὡς δυνησεται βιυν ζητησεων επεχών* etc. locum sic interpretare: *Dicentibus vero Dogmaticis, Scepticum vivere posse, non recusantem, quo minus, si jussus fuerit, patrem laceret*: *respondent Sceptici, utique eum* (Scepticum) *posse vivere de quaestionibus, quas dogmaticas vocant, nihil decernentem, non autem de iis, quae ad vitam ac mores pertinent. Itaque, ajunt, quaedam juxta consuetudinem et eligimus et devitamus, et legibus utimur.* Quid porro sint *ζητησεις δογματικαι* et *βιωτικαι και τηρητικαι*, e Sexto Kuhnius demonstrat. *Απεχων* autem in *επεχων* equidem mutavi, non solum, quod *το επεχειν* esset Pyrrhoneorum usu tritissimum, quo suam illam assensionis retentionem declarare solebant; sed maxime, quia, *απεχειν περι των δογμα-*

ματικων ζητησεων, vel, *απεχειν ζητησεων περι των δογματικων*, recte dici posse non credidi.

Atque ita sane, quia locum hunc, et commode exposuisse, et facile admodum emendasse videar, fortasse legentibus satisfeci. Mihi tamen ipsi nondum satisfacere potui. Dicam ergo jam, quid vero simillimum putem. Credo nempe, Laërtium hoc modo scripto mandasse, *Φασιν οἱ Σκεπτικοι, περι των δογματικων ζητησεων επεχειν, ου περι των* etc. (quam conjecturam adjuvat Basileensis liber, *απεχειν* exhibens, non *απεχων*, ut caeteri) Illa autem, *πως*, vel *ὡς*, *δυνησεται βιουν*, e superiori versu, in quo sic legitur, forsan librarius quidam ex errore descripsit: quod facile potuit evenire; praesertim quia heic idem nomen *των δογματικων* occurreret, quod illic haec ipsa, *Ως δυνησεται βιουν*, proxime praecedebat. His porro huc illatis, ex *επεχειν* factum *επεχων*, ut cnm *ὡς δυνησεται βιουν*, conveniret, et ex *επεχων*, *απεχων*, ut esset *ζητησεων απεχων*; quod,

Q opi-

opinor, interpretati, *a quaestionibus abstinens*: denique, περι των δογματικων, de philosophis ipsis, qui dogmata tuerentur, facile intellectum est. Ita nos certe accidisse conjicimus. Illud sane non est dubium, hanc sententiam, Φασιν οἱ Σκεπτικοι, περι των δογματικων ζητησεων επεχειν, ου περι των etc. illa altera, quam supra nos ita constituimus, Φασιν οἱ Σκεπτικοι, περι των δογματικων ὡς δυνησεται βιον ζητησεων επεχων, ου περι των etc. omnino probabiliorem ac commodiorem esse. Latine autem reddita sic habet: *Respondent Sceptici, de quaestionibus, quibus dogmata explicantur, se nihil statuere, non autem de iis, quae agenda in vita ac servanda sunt. Quare, inquiunt, juxta consuetudinem aliqua amplectimur, aliqua fugimus, legibusque obtemperamus*, ut supra. Haec porro ad illud, quod objecerant Dogmatici, Scepticum ob εποχην illam suam non recusare posse, quo minus patrem concidat. Falsum enim esse ajunt: quippe hoc βιωτικην τηρησιν esse habendum, non δογματικην ζητησιν. Se vero

vero de his tantum επεχειν ; de iis autem minime; sed leges ac consuetudinem sequi αδοξαςως tamen, hoc est ita, ut a patre quidem necando abstineant ; malum vero id esse ac nefarium non putent.

Post verba, Και νομοις χρωμεθα, sequuntur illa, Τινες δε και την απαθειαν· αλλοι δε την πραοτητα τελος ειπειν φασι τους Σκεπτικους, quae cum proxime superioribus nullo modo cohaerent. Sed haec ad ea, quae paullo ante Laërtius, Τελος δε οἱ Σκεπτικοι φασι την εποχην etc. profecto pertinent ; ut ejus oratio sit hujusmodi: Τελος δε οἱ Σκεπτικοι φασι την εποχην, ῃ σκιας τροπον επακολουθει ἡ αταραξια, ὡς φασιν οἱ τε περι τον Τιμωνα και Αινεσιδημον. Τινες δε και την απαθειαν etc. Nam, quae interjecta sunt, Ουτε γαρ ταδε ἑλοιμεθα etc. usque ad, Και νομοις χρωμεθα, explicationem continent της εποχης, quam Pyrrhonei juxta Timonem ac Aenesidemum disciplinae suae finem constituerant. Quamquam, si vera narrat Aristocles apud Eusebium lib. 14. praep. ev.

cap. 18. pag. 758. Timo quidem ipse *εκ της εποχης την αταραξιαν*, Aenesidemus vero *ἡδονην* sequi voluerit. Nam inquit, *Τοις μεν τοι διακειμενοις ὅτω, περιεσεσθαι Τιμων φησι, πρωτον μεν αφασιαν, επειτα δ' αταραξιαν, Αινεσιδημος δε ἡδονην*. Quae, ut hoc etiam non praeteream, male interpretatus est litteratissimus Vigerus, *Αινεσιδημος δε ἡδονην* sic latine vertens, *Cui utrique voluptatem Aenesidemus adjungit*. Hic enim *την ἡδονην* loco *της αταραξιας* posuit, seu potius, quam ille *αταραξιαν*, huic *ἡδονην* vocare placuit. Ubi et illud animadverte, heic *αφασιαν* vocari, quae alibi *εποχη* appellatur. Est porro ea quidem a pronunciando, haec vero ab assentiendo continentia; quod perinde est.

§. LXXXVIII.

AD SECT. CXII. LIB. VIIII. IN TIMONE.

De Timone Phliasio ac Timone *τῳ μισανθρωπῳ*. Verba Laërtii ad Phliasium a doctis relata, ad eum, qui *μισανθρωπος* vocitatus est, omnino pertinere defenditur. Laërtii obscuritas ac negligentia notatur. Menagii

nagii halucinatio detegitur. Suidas, ab eodem vitiatus, non incommode exponitur.

Γεγονε δε και ἑτερος Τιμων ὁ μισανθρωπος. ὁ δ' ἠν φιλοσοφος και φιλοκηπος ην σφοδρα και ιδιοπαγμων, ὡς και Αντιγονος φησι. Λογος γ' ὐν, ειπειν Ιερωνυμον τον περιπατητικόν επ' αυτυ, ὡς παρα τοις Σκυθαις και οἱ φευγοντες τοξευυσι και οἱ διωκοντες.· ὑτω των φιλοσοφων οἱ μεν διωκοντες θηρωσι τυς μαθητας, οἱ δε φευγοντες, καθαπερ και ὁ Τιμων. ην δε και οξυς νοησαι και etc.

Haec ὁ δ' ὐν φιλοσοφος et caetera a viris doctis Stanleyo histor. phil. tom. 3. Bruckero tom. 1. pag. 1326., Fabricio bibl. gr. lib. 4. cap. 16. pag. 502. in not. Menagio ad hunc locum aliisque sic accepta sunt, tamquam de Timone Phliasio scripta essent: quum tamen ad eum ipsum, qui dicitur, Και ἑτερος Τιμων ο μισανθρωπος, pertinere multo mihi probabilius videatur. Nam et hic philosophus fuit magni nominis, interque *auctores maximae sapientiae* a

Plinio lib. 7. cap. 19. cum Diogene, Pyrrhone ac Heraclito recensitus: quum alter ille Phliasius fuerit ſophistes ac poëta nobilior, ut ex hac ipsa, in qua sumus, ejus vita cognoscitur; certe non ejusmodi, ut philosophi appellatione distinguendus a Timone hominum osore fuerit, utque Laërtii verba Γεγονε δε etc. explicanda sint, *Fuit et alter Timon osor hominum. Hic autem* (Phliasius) *philosophus*. Caetera quoque multo magis Timoni Atheniensi, qui est μισανθρωπος, quam Phliasio conveniunt. Sic φιλοκηπος et ιδιοπραγμων, idem sane ac ιδιαζων vel ιδιαςης (qua voce Laërtius utitur lib. 1. sect. 25. inquiens μονηρη και ιδιαςην) nulli verius, quam Timoni Atheniensi tribuantur: quem fama est in agris vel hortis vitam egisse procul ab hominum frequentia remotum. Talem certe exhibet, tum Suidas V. Απορρωγας, et V. Τιμων, ονομα κυριον, ex Aristophane et ex ejus scholiaste, tum Lucianus in Timone tom. 1. edit. Amstelod. ann. 1687. pag. 116. ubi eum demonstrat fodientem ligo-

ligone *ορεινον και ὑπολιθον γηδιον*, et pag. 125. et 136. Quare M. Antonius, narrante Strabone lib. 17. domum, quam sibi ad mare exstruxerat ab Augusto victus, *Τιμωνειον διαιταν* appellare solebat. Quod ita Plutarchus in Antonio tradit pag. 948. *Αντωνιος δε την πολιν εκλιπων και τας μετα των φιλων διατριβας, οικησιν εναλον κατεσκευαζεν αὐτῳ περι την Φαρον, εις την θαλασσαν χωμα προβαλων. και διηγεν αυτοθι φυγας ανθρωπων, και τον Τιμωνος αγαπᾳν και ζηλȣν βιον εφασκεν*. Sic etiam Myso, qui Timonem *τον μισανθρωπον* imitatus a Laërtio fertur lib. 1. sect. 107. per haec, *Ου πορρω πȣ Τιμωνος αυτον .. γεγονεναι. μισανθρωπειν γαρ*, ab Diodoro Siculo in excerptis demonstatur, *Τον απαντα χρονον εν αγρῳ διατριβων*. Item Polemo, eodem Laërtio auctore lib. 4. sect. 19. *Εκπεπατηκως ην, διατριβων εν τῳ κηπῳ*, hoc est, *Solitudine delectabatur, in horto manens*. Jam illa, *Ως παρα τοις Σκυθαις και οἱ Φευγοντες* etc. *ὃτω των φιλοσοφων οἱ μεν διωκοντες θηρωσι τȣς μαθητας*,

τας, οἱ δὲ φευγοντες, καθαπερ και ὁ Τιμων, ut Phliasio Timoni parum accomodata sunt, sic ipsum τȣ μισανθρωπȣ ingenium ac vitae conditionem atque fortunam ostendunt.

His porro, καθαπερ καὶ ὁ Τιμων, ab illis, Γεγονε δὲ και ἑτερος Τιμων, exordio ducto, concluditur, quicquid de Timone Atheniensi Laërtio placuit hoc loco tradere litteris quasi per quandam interpositionem, quam Graeci παρενθεσιν appellant. Nam caetera, Ην δὲ και οξυς νοησαι και διαμυκτηρισαι, de Phliasio, cujus vita describitur, omnino dicuntur; ad quem etiam proxime antecedentia, Ο δ'ȣν φιλοσοφος... καθαπερ και ὁ Τιμων, ab eruditis relata; quia si verbis dumtaxat mens adhibeatur, de eodem Timone, haec Ην δὲ και οξυς νοησαι, de quo sunt illa. Ο δ'ȣν φιλοσοφος .... καθαπερ και ὁ Τιμων, scripta videntur. Sed negligens est et obscurus in scribendo Laërtius: istiusque negligentiae ac obscuritatis exempla sane quam plura, quicumque hoc eius opus perlegerit, in eodem exstare videbit. Di-

Dicendum nunc aliquid de Aegid. Menagio, qui quum in ea opinione sit, philosophum a Laërtio Timonem Phliasium, non hunc, cui τȣ μισανθρωπȣ nomen est vulgo tributum, vocari (quippe de illo haec, Ὁ δ' ȣν φιλοσοφος etc. intelligit, quemadmodum caeteri) locum Suidae corrigendum autumat, ne is Laërtio contrarius videatur. Sunt autem verba Suidae, Τιμων ὁ μισανθρωπος, και αυτος φιλοσοφος, αποστρεφομενος πασαν αἱρεσιν.

Τιμων Φλιασιος, και αυτος φιλοσοφος της Πυῤῥωνος αγωγης. ὁ γραψας etc. Quae ille sejuncta primum conjungit: tum sic emendata constituit, Τιμων ὁ μισανθρωπος. και αλλος φιλοσοφος αποστρεφομενος πασαν αἱρεσιν, Τιμων Φλιασιος της Πυῤῥωνος αγωγης. Sed prava haec esse nemo non videat. Nam Timon ὁ μισανθρωπος, recte appellatur is quidem, φιλοσοφος αποστρεφομενος πασαν αἱρεσιν, qui nullam sectam aut haeresim sequutus est: itaque, tum a caeteris philosophis, tum maxime ab altero Timone της Πυῤῥωνος αγωγης secer-

cernitur. At vero, si poneret τον της Πυῤῥωνος αγωγης, αποςρεφομενον πασαν αἱρεσιν, id est, *sectatorem Pyrrhoneae disciplinae* Timonem, *ab omni secta aversum*, pugnantia loqueretur. Nisi tamen quis heic illud suggerat parum belle ac scite, forsan haeresin Pyrrhoneam non fuisse, de quo nos aliquid §. 3. ex Laërtio commentati sumus.

Quod autem Timon ὁ μισανθρωπος, a Suida dicitur και αυτος φιλοσοφος, ante nullius philosophi mentione facta; de eo sic existima, vel istud, και αυτος, Suidae adjectum, ut ad hunc locum Kusterus; idque ab altero και αυτος, quod deinde sequitur, librarii cujuspiam errore natum; vel etiam vulgata lectione retenta, sic accipe: *Timon osor hominum, idemque philosophus ab omni secta aversus.*

Timon Phliasius, ipse quoque philosophus, Pyrrhonis sectator.

§. LXXXVIIII.

§. LXXXVIIII.

AD SECT. I. LIB. X. IN EPICURO.

De morte Alexandri M. ac defectione Atheniensium sub Perdicca. Laërtii locus valde perspicuus: a Meibomo tamen, Aldobrandino, Kuhnio ac Gassendo non intellectus.

Τελευτησαντος δε Αλεξανδρου του Μακεδονος, και των Αθηναιων εκπεσοντων ὑπο Περδικκου.

Haec latine sonant, *Quum vero esset mortuus Alexander Macedo, Athenienses autem Perdicca rege* (seu *regni procuratore*) *defecissent*. Est porro sententia manifesta; res autem historiae tradita ab Diodoro Siculo lib. 18. pag. 593. edit. Hanov. ann. 1604. In quo tamen valde errarunt, qui haec eadem sunt interpretati; Aldobrandinus, *Atheniensium rebus a Perdicca afflictis*: Ambrosius ac Meibomus, *sub Perdicca afflictis*: Gassendus, *sub Perdicca Atheniensibus prostratis*: Kuhnius denique, *a Perdicca iterum Samo ejectis Atheniensibus*.

§. LXXXX.

§. LXXXX.

AD SECT. V. LIB. X. IN EPICURO.

Epicuri minus pudica, nec omnino a Meibomo, Kuhnio ac Gassendo percepta, sententia aperitur. Pro αυτη παραινειν, scribi in Laërtio oportere, αυτην περαινειν. Quid Περαινειν exprimat. Particula ὡς, quae in alienum locum irrepserat, in suum restituta. Eadem male a Gassendo ejecta.

Και παλιν προς Θεμιςαν γραφων νομιζει αυτῃ παραινειν, καϑα φησι Θεοδοτος, ὡς εν τῳ τεταρτῳ των προς Επικȣρον. και αλλαις δε πολλαις ἑταιραις γραφειν, και μαλιςα Λεοντιῳ.

Vitiosa lectio, *νομιζει αυτῃ παραινειν*; eodemque modo latina interpretatio; sive Ambrosiana, quam Meibomus de more amplectitur, *Monere ipsam arbitratur*; seu Gassendiana, *Reputare ipsum, rem esse non indignam, suasione erga illam uti*. Kuhnius quoque insulse, *Putat, se apud illam esse*; mutans ex ingenio *παραινειν* in *παρειναι*. Ego sic legam, *νομιζειν αυτην περαινειν*, ut primum Basileae a Frobenio edi-

editum, contra, quam habent caeteri codices, posterius in lucem prolati: quae juncta cum illis, Και παλιν προς Θεμιςαν γραφων, significant, *Et rursum ad Themistam scribens Epicurus ait, sibi propositum cum ipsa coire*. Suidas et Favorinus, Περαινειν· το συνεσιαζειν. Idem verbum hac ipsa significatione a Laërtio usurpatum lib. 4. sect. 34. ubi περαινεσθαι. et lib. 2. sect. 127. ubi περαινομενε et περαινει. Posset αυτην περαινειν ad verbum transferri, *ipsam conficere*: nam eodem sensu Svetonius in Nerone *conficeretur* dixit; cujus locum Aldobrandinus lib. 2. sect. 127. subjecit: qui et heic, quo ista pertinerent, certe vidit; namque vertit, *cum ea rem habere*.

De caeteris equidem sic statuo; particulam ὡς, quam cuncti Laërtiani libri exhibent, non esse expungendam, uti factum Gassendo; sed omnino restituendam in eum locum, unde excidisse puto; quum pulcre in eum cadere videatur. Scribo igitur. Καθα φησι Θεοδοτος εν τῳ τεταρτῳ των προς Επικερον· ὡς και αλλαις δε πολ-

λαις

λαις ἑταιραις γραφειν, και μαλιϛα Λεοντιῳ: Quae una cum praecedentibus sic latine interpretanda sunt: *Rurſumque ad Themiſtam ſcribens Epicurus ait, ſibi decretum ipſam conficere, uti refert Theodotus in quarto adverſus Epicurum: quemadmodum et ad alias eum plures amicas ſcribere* (cum ipſis nempe rem habere velle) *maxime ad Leontium*. Interpretes alii omnes, vulgatam ſcripturam ſequuti, ponunt, ad alias amicas Epicurum dediſſe litteras; ſed non ſignificant, in eandem ſententiam dediſſe; quum tamen Laërtius dicta Epicuri, quae minus recta, aut pudica viderentur, hoc loco ſcripto tradere inſtituerit.

§. LXXXXI.

AD SECT. XVI. ET XVII. LIB. X. IN EPICURO.

Ex Epicuri teſtamento quaedam, a Gaſſendo interpolata, ac tum ab eo tum etiam ab aliis haud probe converſa, explanantur, ac ad verbum de graeco expreſſa exhibentur.

Κατα ταδε διδωμι τα εμαυτȣ παντα Αμυνομαχῳ Φιλοκρατȣς Βατηθεν, και Τιμο-

μοκρατει Δημητριȣ Ποταμιῳ *κατα την εν τῳ* Μητρωῳ *αναγεγραμμενην ἑκατερῳ δοσιν, εφ' ᾧ τε τον μεν κηπον και τα προσοντα αυτῳ παρεξȣσιν* Ερμαχῳ Αγεμαρχȣ Μιτυ-*ληναιῳ και τοις συμφιλοσοφȣσιν αυτῳ, και οἱς αν* Ερμαχος *καταλιπῃ διαδοχοις της φιλοσοφιας, ενδιατριβειν κατα φιλοσοφιαν. και αει δε τοις φιλοσοφȣσιν αφ' ἡμων, ὁπως αν συνδιασωσωσιν* Αμυνομαχῳ *και* Τι-*μοκρατει κατα το δυνατον την εν τῳ κηπῳ διατριβην, παρακατατιθεμαι. τοις τ' αυτων κληρονομοις, εν ᾧ αν τροπῳ ασφαλεστατον ῃ, ὁπως αν κᾳκεινοι διατηροιεν τον κηπον, καθαπερ και αυτοι, οἱς αν οἱ αφ' ἡμων φιλοσοφȣντες παραδιδωσι.*

Gassendus hunc locum Laërtii ex ingenio correxit, vel potius vitiavit hoc modo, *Κατα ταδε διατιθεμαι. Διδωμι τα εμαυτȣ* etc. Existimavit enim, vel tollendum *κατα ταδε*, vel aliquid addendum esse; itaque scripsit, *Κατα ταδε διατιθεμαι*. Tu vero ne audias. Nam *κατα ταδε* refertur ad *εφ' ᾧ τε*, quod deinde sequitur; cum

cum quo significat, *hac conditione, ut* etc. nimirum, *Ea conditione omnia mea Amynomacho ac Timocrati dono, ut ipsi hortum Hermacho concedant* etc. quemadmodum caeteri Laërtii interpretes accepere.

Sed alia quoque idem Gassendus male habuit: nam et, Και αει δε τοις φιλοσοφουσιν αφ' ἡμων, prave conjunxit cum superioribus, ac ab insequentibus verbis, ὁπως αν συνδιασωσωσιν etc. cum quibus recte colligabantur, omnino separavit: quibus praeterea particulam δε mendose pariter inseruit, edens, ὁπως δ' αν: denique perperam, Αμυνομαχῳ και Τιμοκρατει, alium in locum transtulit sic, συνδιασωσωσιν κατα το δυνατον την εν τῳ κηπῳ διατριβην Αμυνομαχῳ και Τιμοκρατει παρακατατιθεμαι; quum omnes editi, συνδιασωσωσιν Αμυνομαχῳ και Τιμοκρατει κατα το δυνατον την εν τῳ κηπῳ διατριβην, παρακατατιθεμαι, praeferrent. Quae omnia eo modo, quo dixi, a se vulgata, sic etiam male in latinum convertit, ab iis, ὁπως αν συνδιασωσωσιν, incipiens: *Committ-*

mitto autem commendoque Amynomacho et Timocrati, ut quantum fieri poterit, sartam tectam hanc, quae in horto, scholam tueantur. Quam committo etiam commendoque haeredibus eorum (ac ea quidem formula juris, qua possit esse maxime ratum) ut ipsi quoque hortum conservent: nec minus etiam iis, quibus successores nostri philosophi demandabunt olim ejusdemmet curam. Eadem Ambrosius quoque ac Aldobrandinus perverse interpretati; quorum verba brevitatis caussa praetermitto.

Habeo jam hunc ipsum locum, quem ego planissimum ac rectissime editum puto, ab illis, Και αει δε τοις φιλοσοφουσιν etc. de graeco translatum: *Atque etiam omnibus philosophis, qui a nobis fuerint profecti, ut una cum Amynomacho ac Timocrate, quoad ejus fieri potest, scholam in horto conservent, fideicommitto: itemque eorum* (Amynomachi ac Timocratis) *haeredibus, ut ii quoque, quemadmodum ipsi* (Amynomachus et Timocrates) *eo modo,*

quo maxime ratum sit, hortos servandos curent iis, quibus profecti a nobis philosophi tradituri sunt. Quibus hortos tradituri sunt idem est, ac quibus scholam reliquerint ac philosophiae successores destinarint. His enim, ut horti in perpetuum cedant, quo in iis philosophiae operam dent, testamento cavit Epicurus.

§. LXXXXII.

AD SECT. XXXXIIII. ET XXXXV. LIB. X. IN EPICURO.

Atomos colore destitutas esse. Laërtium a Gassendo male habitum. Eorum maxime, Αυτη δ' ἡ φωνη, τουτων παντων etc. significationem ac vim, nec eidem Gassendo, nec caeteris comprehensam. Eadem a Kuhnio ineptius explicata.

Φησι δ' ενδοτερω, μηδε ποιοτητα τινα περι τας ατομους ειναι πλην σχηματος και μεγεθους και βαρους. το δε χρωμα παρα την θεσιν των ατομων αλλαττεσθαι εν ταις δωδεκα στοιχειωσεσι φησι. παν τε μεγεθος μη ειναι περι αυτας. ουδεποτε γουν ατομος ωφθη αισθησει. αυτη δ' ἡ φωνη, τουτων παντων μνη-

μνημονευομενων, τον ἱκανον τυπον ὑποβαλλει της των οντων φυσεως επινοιαις.

Verba, Το δε χρωμα παρα την θεσιν των ατομων αλλαττεσθαι, non, ut ex Ambrosio Meibomus, *immutari colorem circa positionem atomorum*; nec, ut Aldobrandinus, *atomorum colorem situ immutari*; sed ita potius latine convertas, *colorem vero* (corporum) *immutari atomorum positu*. Negat enim Epicurus colorem individuis corpusculis inesse, idque ex hoc colligit, quod corporum colores, mutata atomorum positione, mutentur. Infra idem Epicurus: Ποιοτητες γαρ αλλαι, οἱον χρωμα τε και θερμοτης παρα την θεσιν των ατομων μεταβαλλουσι· διο και τοις ατομοις ουκ ενυπαρχουσι. Lege Lucretium lib. 2. a versu 729. ad 840. Temere autem ac sine ratione pro, εν ταις δωδεκα ϛοιχειωσεσι, Meibomus, εν τῃ δωδεκατῃ των ϛοιχειωσεων, scripsit.

Sic etiam nihil erat, cur Gassendus posteriora illa, Ουδεποτε γουν ατομος ωφθη

R 2 αισ-

αισθησει, corrigenda existimaret, ac ita ederet, Ουδεποτε γαρ ατομον ωφθηναι αισθησει: quae et perperam ab insequentibus, Αυτη δ' ἡ φωνη, τȣτων παντων μνημονευομενων etc. apposita interclusionis nota diremit; eademque, dico Αυτη δ' ἡ φωνη, τȣτων παντων etc. prave omnino ac illepide sic exposuit: *Atque haec quidem, velut summaria rerum omnium hactenus commemoratarum deductio, subjicere cogitationi potest appositam quamdam universitatis, seu naturae rerum, ideam*. Eodem modo caeteri, Ambrosius, inquam, Meibomus ac Aldobrandinus a vera Laërtii ac Epicuri sententia aberrarunt. Kuhnius vero etiam absurdius, ut mea fert opinio, ac ineptius explicavit. Quippe, αυτη δ' ἡ φωνη, sic extulit, *Haec autem est vox Epicuri*: tum ista subjecit = *Scilicet his verbis notam suam, quae incepit*, φησι δ' ενδοτερω, *concludit Laërtius, et monet, quae praecedunt, ipsius Epicuri verba esse. Non refragabor, si quis legerit*, αυτȣ δ' ἡ φωνη, *nempe*, ȣδεποτε γȣν ατομος ωφθη αισθη-

θησει ⁝ . Nam, ut concesserim, quod minime debeo, αυτη δ' ἡ φωνη, illud significare posse, *haec est Epicuri vox*; quid facies tunc de reliquis, τȣτων παντων μνημονευομενων τον ἱκανον τυπον ὑποβαλλει της των οντων φυσεως επινοιαις, quibus oratio haec tota concluditur? Illa enim, Αλλα μην και κοσμοι απειροι εισιν, quae continuo sequuntur, ad alia pertinent.

Videant jam eruditi, an mea sit interpretatio melior, Παν τε μεγεθος etc. *Nec vero quantamlibet magnitudinem individuis corpusculis convenire inquit. Itaque nulla unquam atomus oculis percepta fuit ⁝ Ipsa tamen vox, his omnibus commemoratis, satis idoneam istarum rerum naturae cognitioni formam subjicit*. Hoc nempe, nisi me vehementer animus fallit, Epicurus vult: etiamsi atomi in sensus propter earum parvitatem non cadant; nihilominus ob ea, quae de illis explicantur, simul ac appellatae fuerint, ipsarum ideam, seu formam cogitando facile percipi. Non dissimilis est sententia in iis, quae sect. 33.

ex Epicuro idem Laërtius, *Αμα γαρ τῳ ῥηθηναι ανθρωπος, ευθυς κατα προληψιν και ὁ τυπος αυτȣ νοειται*. Ideam porro naturae istorum individuorum corpusculorum, dicit Epicurus, *επινοιαν φυσεως των οντων*, quia rerum, quae vere sint, eam cognitionem esse putat. *Επινοιαν*, inquam, quod Basileenses libros sequi malo, in quibus sic legitur *επινοιας*, quam caeteros omnes exhibentes *επινοιαις*; ut sit, *τον ἱκανον τυπον επινοιας της των οντων φυσεως*.

§. LXXXIII.

AD SECT. XXXXVIII. XXXXVIIII. L. LI. LIB. X. IN EPICURO.

De imaginibus, quae ex Epicuri opinione e corporibus perpetuo fluunt. *Και γαρ ῥευσις απο της των σωματων συνεχης*, correcta. *Ρευσις . . ουκ επιδηλος μειωσει δια την ανταναπληρωσιν σωζουσα την επι τω στερεμνιω θεσιν και ταξιν των ατομων επι πολυν χρονον*, contra Gassendi ac caeterorum interpretum sententiam declarata. Quid *ανταναπληρωσις*. Quid *αἱ συστασεις εν τῳ περιεχοντι οξειαι* sint. Alia emendata ac exposita. Res externas non nisi per hujusmodi imagines formam suam in animis nostris consignare posse. Verba, *Ου γαρ αν αποσφραγισαιτο τα εξω την ἑαυτων φυσιν* etc. illustrantur. Meibomi stupor. Legendum videri, *ὡς τυπων τινων . . ὁμοχροουντων και ὁμοιομορφων* pro *απο χροας τε*. Gassendi in-

insulsa emendatio, ἑμε μορφων. Rerum formas, in animis, per imagines, impressas rebus ipsis omnino similes esse. Facili negotio explicata haec, Ειτα δια ταυτην την αιτιαν τε ἑνος και συνεχες την φαντασιαν αποδιδοντος, usque ad εγκαταλειμμα τε ειδωλε, quae doctis haud cognita ac percepta. Gassendus Laërtii atque Epicuri corruptor castigatus. Quomodo intelligendum sit επιβλητικως, vel κατ' επιβολην. Quid sit τό εξης πυκνωμα. Quid εγκαταλειμμα τε ειδωλε contra eundem Gassendum aperitur. Omnia visa esse vera. In quo falsitas consistat. Το δε ψευδος και το διημαρτημενον ἐν τῳ προσδοξαζομενῳ αει εστιν επιμαρτυρηθησεσθαι etc, purgata ac fusius exposita. Alia Gassendi errata. Ejus in Laërtio pervertendo ac interpolando audacia. Joachimi Kuhnii ac ejusdem Laërtii interpretum halucinationes haud negligendae. Της φανταστικης επιβολης, ac της διαληψεως demonstrata significatio. Similitudine visorum, quae falsa dicuntur, cum veris, omnia visa vera esse confirmatum. Η τε γαρ ὁμοιοτης των φαντασματων, οἱονει εν εικονι λαμβανομενων etc. enodata ac latine reddita. Eadem non intellecta caeteris. A Gassendo insigniter depravata. Obscuriori cuidam loco, Ει μη ἡ τινα και ταυτα προς ὁ βαλλομεν, quae potuit, allata lux. Quid sint τα λοιπα κριτηρια. Denique quid επιμαρτυρησεις ac αντιμαρτυρησεις etc. planum fit Sexti verbis: In quibus A. Fabricii interpretis duo sane gravia peccata notantur.

Προς τε τετοις, ὁτι ἡ γενεσις των ειδωλων ἁμα νοηματι συμβαινει.[1] Και γαρ ῥευσις απο των σωματων τε επιπολης συνε-

χης, ȣκ επιδηλος σημειωσει, δια την ανταναπληρωσιν σωζȣσα την επι τȣ ςερεμνιȣ θεσιν και ταξιν των ατομων επι πολυν χρονον· ει και ενιοτε συγχεομενη ὑπαρχει. [2] Και συςασεις εν τῳ περιεχοντι οξειαι δια το μη δειν κατα βαθος το συμπληρωμα γινεσθαι. και αλλοι δε τροποι τινες γεννητικοι των τοιȣτων φυσεων εισιν. [3] Ουθεν γαρ τȣτων αντιμαρτυρει ταις αισθησεσιν, αν βλεπη τις τινα τροπον τας εναργειας, ἱνα και τας συμπαθειας απο των εξωθεν προς ἡμας ανοιση· ει δει και νομιζειν, επεισιοντος τινος απο των εξωθεν, τας μορφας ὁραν ἡμας και διανοεισθαι. [4] Ου γαρ αν αποσφραγισαιτο τα εξω την ἑαυτων φυσιν τȣ τε χρωματος και της μορφης δια τȣ αερος τȣ μεταξυ ἡμων τε κἀκεινων, ȣδε δια των ακτινων η οἱων δηποτε ῥευματων αφ' ἡμων προς εκεινα παραγινομενων ȣτως, ὡς τυπων τινων επεισιοντων ἡμιν απο των πραγματων απο χροων τε και ὁμοιομορφων, κατα το εναρμοττον μεγεθος εις την οψιν η την διανοιαν ωκεως ταις φοραις χρωμενων. [5] Ειτα δια ταυτην την αιτιαν τȣ ἑνος και συνεχȣς την φαν-

φαν·

φαντασιαν αποδιδοντος και την συμπαθειαν απο του ὑποκειμενου σωζοντος κατα τον εκειθεν συμμετρον επερεισμον εκ της κατα βαθος εν τῳ ςερεμνιῳ τῳν ατομων πλασεως. και ἡν αν λαβωμεν φαντασιαν, επιβλητικως τη διανοιᾳ η τοις αισθητηριοις ειτε μορφης ειτε συμβεβηκοτων, μορφη εςιν αυτη του ςερεμνιου, γινομενη κατα το ἑξης πυκνωμα, η εγκαταλειμμα του ειδωλου. [6] Το δε ψευδος και το διημαρτημενον, εν τῳ προσδοξαζομενῳ αει εςιν επιμαρτυρηθησεσθαι η μη αντιμαρτυρηθησεσθαι· ειτ' ουκ επιμαρτυρουμενου κατα την κινησιν εν ἡμιν αυτοις συνημμενην τῃ φανταςικῃ επιβολῃ, διαληψιν δε εχουσαν, καθ' ἡν το ψευδος γινεται. [7] Η τε γαρ ὁμοιοτης των φαντασμων οιονει εν εικονι λαμβανομενων, η καθ' ὑπνους γινομενων, η κατ' αλλας τινας επιβολας της διανοιας, η των λοιπων κριτηριων, ουκ αν ποτε ὑπηρχε τοις ουσι τε και αληθεσι προσαγορευομενοις, ει μη ην τινα και ταυτα προς ὁ βαλλομεν. το δε διημαρτημενον ουκ αν ὑπηρχεν, ει μη ελαμβανομεν και αλλην τινα κινησιν εν ἡμιν αυτοις συνημμενην

νην μεν, διαληψιν δε εχουσαν. κατα δε ταυτην την συνημμενην τη φανταςικη επιβολη, διαληψιν δε εχουσαν, [8] Εαν μεν μη επιμαρτυρηθη η αντιμαρτυρηθη, το ψευδος γινεται· εαν δε επιμαρτυρηθη, η μη αντιμαρτυρηθη, το αληθες.

Priora illa, [1] Και γαρ ρευσις etc. male Romani libri sic, Και γαρ ρευσις απο της των σωματων συνοχης, eademque perperam a Meibomo correcta ac Amstelodami edita, Και γαρ ρευσις απο της των σωματων επιπολης συνεχης συμβαινει, quasi vero superficies, ἡ επιπολη diceretur. Sed Gassendus quoque minus bene tum vulgavit tum etiam exposuit, απο των σωματων επιπολης συνεχης; *eorum* (simulacrorum) *effluxus ad superficiem indesinens*. Nam certe legenda, ut ab Stephano sunt in publicum prolata, utque ab Arundelliano veteri codice exhibentur, tantum συνοχης in συνεχης et επιπολλης in επιπολης commutatis. Sunt autem hujusmodi, quomodo a me superius descripta, Και γαρ ρευσις απο

των

των σωματων τȣ επιπολης συνεχης. Superficies enim graece το επιπολης est. Etsi video, alios quoque sane eruditos, Creechum, inquam, et Lambinum eodem errore lapsos, de quo supra Meibomum reprehendi. Sic enim ad Lucret. lib. 4. vers. 144. illa recitant, ῥευσις απο της των σωματων επιπολης συνεχης. Haec eadem, sic posita, ῥευσις απο των σωματων τȣ επι πολλης συνοχης, inscite ac paene ridicule Ambrosius, *fluxus a corporibus ejus, qui sit in multa angustia.*

Quae sequuntur, Ουκ επιδηλος σημειωσει δια την ανταναπληρωσιν σωζȣσα την επι τȣ ςερεμνȣ θεσιν και ταξιν των ατομων επι πολυν χρονον, male interpretati Aldobrandinus, Ambrosius, Meibomus: nos melius ac verius, ab illis, Και γαρ ῥευσις απο των σωματων τȣ επιπολης συνεχης, ita: *Perpetuus est enim fluxus imaginum e corporum extremitate, minime conspicuus, quod ob continentem earum submissionem idem in illis ac, qui in solido est, atomorum positus ac ordo ad multum tem-*

tempus servetur. Gassendus paullo aliter intellexit: nam διὰ τὴν ἀνταναπλήρωσιν, quemadmodum caeteri, ab insequentibus distinxit, referens videlicet ad οὐκ ἐπίδηλος σημειώσει, remque sic explicans, *Eorum* (simulacrorum) *effluxus discerni singillatim nequit, quod, uno abeunte, alius cohaerenter succedat, inque ejus locum veluti suppleatur*. Ego autem potius, διὰ τὴν ἀνταναπλήρωσιν, cum σώζουσα copulaverim: itaque haec acceperim; ut fluxio quidem imaginum, sit οὐκ ἐπίδηλος σημειώσει, quia σώζουσα τὴν ἐπὶ τοῦ στερεμνίου θέσιν καὶ τάξιν τῶν ἀτόμων: rursus σώζουσα τὴν ἐπὶ τοῦ στερεμνίου θέσιν καὶ τάξιν τῶν ἀτόμων ἐπὶ πολὺν χρόνον, dicatur διὰ τὴν ἀνταναπλήρωσιν. Quare haec fuisse Epicuri mens mihi videtur: nos scilicet formas e corporibus perpetuo fluentes minime cernere; quia, quum idem in iis, atque in corporibus, unde exsistunt, ordo sit ac situs elementorum, singulaeque illarum partes partibus istorum singulis directe respondeant, non ipsas imagines nos quidem; sed solidum

dum corpus, in quod oculos dirigimus, ductu imaginum conspicimus. Manet vero diutius in his eadem corpusculorum positio ac partium structura δια την ανταναπληρωσιν: quod nempe unam effigiem altera continuo sequitur, ejusque vices ac locum veluti supplet; itaque eam fulcit ac sustinet, ut ipsa vicissim a tertia, haec autem a quarta, caeterae item a consequentibus deinceps excipiuntur ac sustentantur; series vero tota solido ipso, ex quo procedit, innititur. Hoc melius intelligitur ex his, quae infra habentur: Του ἑνος και συνεχους την φαντασιαν αποδιδοντος και την συμπαθειαν απο του ὑποκειμενου σωζοντος κατα τον εκειθεν συμμετρον επερεισμον εκ της κατα βαθος εν τῳ στερεμνιῳ των ατομων πλασεως, και ἣν αν λαβωμεν φαντασιαν... μορφη εστιν αυτη του στερεμνιου, γινομενη κατα το εξης πυκνωμα, η εγκαταλειμμα του ειδωλου: de quibus, quum ad ea ventum fuerit, aliqua erunt explicanda. Gassendus, ut supra dictum, ῥευσις συνεχης ουκ επιδηλος σημειωσει, interpretatus est, *simulacro-*

crorum effluxus .. indesinens discerni singillatim nequit, idque δια την ανταναπληρωσιν, *quod*, inquit, *uno abeunte aliud cohaerenter succedat*. Verum non istud ait Epicurus, nimirum singulas imagines visu non discerni, sed eas a corporibus assidue venientes omnino sub adspectum non cadere. Quare nequit ejus rei caussa ανταναπληρωσις esse, quippe quum etiam a speculis rejectae effigies continenter ferantur, quae, licet non internoscantur singulae, tamen plane ac perspicue videntur propterea, quod illis ipsum corpus, a quo primum prodiere, cujusque imaginem referunt, non subjicitur. Itaque Lucretius lib. 4. vers. 103. et deinceps,

Sunt igitur tenues formarum consimilesque
Effigiae, singillatim quas cernere nemo
Quum possit, tamen assiduo crebroque repulsu
Rejectae reddunt speculorum ex aequore visum.

Dein-

Deinde illa quoque, [2] Και συςασεις εν τῳ περιεχοντι οξειαι, δια το μη δειν κατα βαθος το συμπληρωμα γινεσθαι, non sunt, opinor, Gassendo, nec caeteris bene percepta. Nam συςασεις οξειαι meo quidem judicio sunt imagines, seu concretiones atomorum, quae puncto temporis fiunt et dissolvuntur; quomodo οξυς καιρος est, cujus opportunitas momento exsistit ac elabitur. Itaque easdem secernit ab illis, quae servantur επι πολυν χρονον, idque δια την ανταναπληρωσιν; quum istae contrariam ob caussam, nempe, δια το μη δειν κατα βαθος το συμπληρωμα γινεσθαι, subito coalescant ac dispergantur.

Paullo post leguntur ista, [3] Ουδεν γαρ τȣτων αντιμαρτυρει ταις αισθησεσιν, αν βλεπῃ τις τινα τροπον τας ενεργειας, ἱνα και τας συμπαθειας etc. ubi cum Gassendo ac Menagio εναργειας scripsi, quamvis in vulgatis codicibus ενεργειας haberetur. Meibomus ex ingenio inseruit, τα ειδωλα ποιειται, sic, τινα τροπον τας ενεργειας τα ειδωλα ποιειται: quo nihil inscitius. Iidem Gas-

Gassendus ac Menagius deinde nolunt *ει δει και νομιζειν*, ut in Basileensibus ac Stephanianis libris, sed *δει δε και νομειζειν* praeferunt, ut in Romanis editum, quos sequitur Meibomus. Contra nos illud magis probamus, idque referimus ad superiora sic, *ἱνα και τας συμπαθειας απο των εξωθεν προς ἡμας ανοιση, ει δει και νομιζειν επεισιοντος τινος απο των εξωθεν* etc. Neque enim aliter illam in sensibus, quibus externa percipimus, *συμπαθειαν απο των εξωθεν* esse Epicurus voluit, nisi quod eadem, *επεισιοντος τινος απο των εξωθεν*, a nobis percipi ac cognosci existimavit. Lege caetera.

Jam quae his subjecta sunt, [4] *Ου γαρ αν αποσφραγισαιτο τα εξω* etc. usque ad *ωκεως ταις φοραις χρωμενων*, pariter a Laërtii interpretibus male exposita: quibus addendus est etiam Joach. Kuhnius; cui praeterea nonnulla in graecis emendanda haud recte visa sunt. Meibomum taceo, qui cum, quod erat clarissimum atque apertissimum, non videret, *diſſicillimum* hunc locum vo-

ca-

cavit, *omnesque*, ait, *interpretes errare*; se autem illum *restituisse parvis et evidentibus*, inquit, *emendationibus*; quas verius, credo, evidentissimas ejusdem loci corruptiones dixisset. Sic porro edidit; Ου γαρ αν αλλως αποσφραγισαιτο τα εξωθεν την ἑαυτων φυσιν τȣ τε χρωματος και της μορφης, η δια τȣ αερος, τȣ μεταξυ ἡμων τε κἀκεινων, και δια των ακτινων, η οἵων δηποτε ῥευματων, αφ' ἡμων προς εκεινα παραγινομενων· ὥστε ὁρᾷν ἡμας, τυπων τινων επεισιοντων ἡμιν etc. Tum ita de graeco convertit: *Neque enim aliter resignare possint, quae extra sunt, naturam suam coloris scilicet atque formae, quam per aërem, qui inter nos et illa medius est, ac per radios, aut qualescumque fluxus, qui a nobis ad illa manarint. Itaque videre nos formis quibusdam a rebus ipsis ad nos penetrantibus*. Mirum sane, fuisse tam hebetem. Epicurus negat, *externa consignare posse naturam suam per aërem interceptum, seu per radios, seu per alia quaevis effluentia a nobis ad illa*; ex quo recte colligit, id

S fieri

fieri debere per imagines a rebus in visum incurrentes. Meibomus vero ponit, *non aliter resignare posse, quae extra sunt, naturam suam, quam per aërem ac per radios* etc. tum infert idem illud, quod sequitur e contrario, *videre nos formis quibusdam a rebus ad nos penetrantibus*. En igitur, ut hic locus fere, quemadmodum vulgatus est, nobis interpretandus videatur: *Neque enim externa naturam suam coloris ac formae consignaverint per aërem interceptum, neque per radios, neque per alia quaevis effluentia a nobis ad illa; quomodo id faciunt per effigies quasdam consimilis coloris ac formae, a rebus ad nos advenientes, apta magnitudine, ac in visum sive in mentem celeriter incurrentes.* Vertimus autem *effigies similis coloris ac formae*, quia legendum conjecimus ὁμοχροων τε pro *απο* χροων τε: quo sane nihil aptius, nihil ad rem ac mentem Epicuri accomodatius esse potest: res, inquam, externas consignare in animis nostris την ἑαυτων φυσιν τȣ χρωματος και της μορφης,

φης, δια των τυπων ὁμοχροων και ὁμοιομορφων, hoc est, *per effigies colore ac forma similes rebus ipsis*. Inepte Gassendus pro ὁμοιομορφων subdidit ὁμȣ μορφων.

Post haec, illa etiam, [5] Ειτα δια ταυτην την αιτιαν, usque ad εγκαταλειμμα τȣ ειδωλȣ mihi breviter enarranda sunt, utpote Joachimo Kuhnio, Aegid. Menagio atque aliis neutiquam intellecta. Meibomus insuper αποδιδοντος ac σωζοντος depravavit, edens αποδιδοντες ac σωζοντες: tum male praetulit mendosam Romanae editionis scripturam μορφη δε εςιν αυτη, Basileensi ac Stephanianis μορφη εςιν αυτη. Quod idem etiam Gassendus fecit; qui sua illa omnia mutandi atque vertendi licentia, qua totam hanc Epicuri vitam plane corrupit, sic ista mirifice vitiavit, ac prave admodum interpretatus est. Vide jam, utrum haec ipsa, quae idem Gassendus, ut in lucem prodierant, *satis intricata et in quibus nullus sit sensus* in suis adnotationibus dixit, probe a nobis ac dilucide explicari valeant: *Deinde ob eam caussam,*

quum unum et continuum sit, *quod visum imprimit*, *cognationemque ejus*, *quod ei subjicitur*, *conservet*, *pro fultura inde sibi respondente*, *ex atomorum soliditate altius effecta*; ob hanc caussam, inquam, *quodcumque visum acceperimus*, *seu formae*, *sive accidentium*, *mente aut sensibus impressum*, *ipsa est forma solidi corporis*, *expressa juxta conjunctam ac continentem densitatem*, *sive est id*, *quod* in animo *ab* solidi *simulacro relinquitur*. Porro *quod visum imprimit* (nam sic το φαντασιαν αποδιδουν transfero) dixit, το ἑν και συνεχες και σωζον την συμπαθειαν απο του ὑποκειμενου. Est enim, ῥευσις απο των σωματων του επιπολης συνεχης . . . δια την ανταναπληρωσιν σωζουσα την επι του στερεμνιου θεσιν και ταξιν των ατομων, ut supra inquit. Το ὑποκειμενον vero est idem ac το στερεμνιον, a quo imagines ad nos continenter adfluunt, quodque eas omnes eodem ordine ac situ partium fulcit ac sustinet ob ejus soliditatem ex atomis constantem. Quippe istud, haec κατα τον εκειθεν συμμετρον επερεισ-

μον

μον εκ της κατα βαθος εκ τῳ ςερεμνιῳ των ατομων πλασεως, significant. Ex hoc autem, nimirum quod illud, quo viſum imprimitur, omnino ſit το ἑν και συνεχες και σωζον την συμπαθειαν απο τȣ ὑποκειμενȣ, bene concludit Epicurus, ἡν αν λαβωμεν φαντασιαν, μορφην αυτην ειναι τȣ ςερεμνιȣ. Quam inſcite Gaſſendus, quum iſtá non videret, pro vetere ac recepta ſcriptura και ἡν αν λαβωμεν, ſuppoſuit καταλαβωμεν, Menagio id licet adprobante? Quo ſane rectam Epicuri ſententiam omnemque vim ac conſequentiam ſermonis evertit. Jam επιβλητικως perinde ſe habet, ac κατ᾽ επιβολην, *per impreſſionem*: qua voce in eadem re utitur Tullius Acad. quaest. lib. 4. cap. 18. *Cum viſa in animos imprimuntur, non vos id dicere, inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe*. Κατ᾽ επιβολην porro dixit Themiſtius lib. 3. de anima, Ὡσπερ γαρ τῃ αισθησει το μεν λευκον και το φως κατ᾽ επιβολην, το δε μελαν και το σκοτος κατα ςερησιν etc. quod ipſum ex Platone appellat επερεισιν. Quum vero deinde συμβεβηκοτα,

κοτα, *accidentia* verti, Quintilianum sum auctorem sequutus. Sunt autem συμβεβηκοτα, opinor, praeter figuram aliae corporum qualitates, quae sensibus percipiuntur. Postea το ἑξης πυκνωμα, exposui *continentem densitatem*, imaginum videlicet, quae a solido perpetuo mittuntur, ejusque effigiem in animis consignant. Eodem modo Augustinus πυκνωμα latine dixit *imaginum constipationem et densitatem* epistola ad Dioscorum, hanc ipsam Epicuri opinionem declarans. Tandem εγκαταλειμμα τȢ ειδωλȢ Gassendus quidem reddidit, *corporis superficiem, quae relinquitur ab avolante simulacro*: at ego vero, id esse potius effigiem, quae a simulacris relinquitur, sive imprimitur in animis, multo verosimilius judicavi. Haec enim vis est hujus vocis εγκαταλειμμα, si bene consideres: quae non tam id, a quo res abscedit, quam id, quod adfert ac linquit alicubi, profecto demonstrat.

Veniamus nunc ad illa, [6] Τοδε ψευδος και το διημαρτημενον εν τῳ προσδοξαζο-

ζομενῳ αει εϛιν επιμαρτυρηθησεσθαι, η μη αντιμαρτυρηθησεσθαι· ειτ᾽ ȣκ επιμαρτυρȣμενȣ κατα την κινησιν εν ἡμιν αυτοις συνημμενην τῃ Φανταϛικῃ επιβολῃ, διαληψιν δε εχȣσαν, καθ᾽ ἡν το ψευδος γινεται. Audacior heic, quam alibi, Gassendus: nam plurima ad arbitrium addit, omniaque miscet ac turbat specie corrigendi. Tum in commentariis inquit: *Visum est hoc membrum supplendum, quasi manifeste deficiens, vel ex eo, quod illud* το δε ψευδος και το διημαρτημενον etc. *perspicue supponit, praemissam de veritate sententiam*. Atqui nihil omnino deficere, istaque perbelle cum superioribus convenire, si quis mentem adhibuerit, sane fatebitur. Oratio enim Epicuri est hujusmodi: Και ἡν αν λαβωμεν Φαντασιαν,.. μορφη εϛιν αυτη τȣ ϛερεμνιȣ.. το δε ψευδος και το διημαρτημενον etc. hoc est, *Quodcumque visum acceperimus.. ipsa est forma solidi corporis* (sive, illud ipsum, quod subjicitur, refert) *Falsitas vero et error*, non in phantasia, sed *in opinione adjuncta consistit*: quod idem valet,

atque hoc, *Omnis phantasia vera est, falsitas autem est posita in opinione, quae phantasiae conjungitur.* At quae sequuntur, omnino non sunt ab omni mendo pura. Nam, επιμαρτυρηθησεσθαι η μη αντιμαρτυρηθησεσθαι· ειτ'ȣκ επιμαρτυρȣμενȣ, certe ὑποβολιμαια videntur. Qua quidem de re haec mihi opinio est. Quum scilicet indoctus quispiam haec legeret, το δε ψευδος εν τῳ προσδοξαζομενῳ αει εϛιν; putans Epicurum, quid falsitas sit, definire velle, quasi ista ipsa desiderarentur, fortasse apposuit μη επιμαρτυρηθησεσθαι η αντιμαρτυρηθησεσθαι (sic enim primum scripsisse crediderim) hac sententia, *Falsitas in opinione adjuncta est, si testimonio non confirmetur, aut testimonio oppugnetur.* Addidit vero ex iis, quae infra habentur; εαν μη επιμαρτυρηθῃ η αντιμαρτυρηθῃ, το ψευδος γινεται. Sed ea profecto, si diligenter attendimus, sententiarum ordinem seriemque non pati intelligemus: quae hujusmodi est: omnem phantasiam esse veram, falsitatem autem tantum habere locum εν

τῳ

τῳ προσδοξαζομενῳ, *in opinione, quae adjicitur*, κατα την κινησιν εν ἡμιν αυτοις συνημμενην τη Φανταςικη επιβολη. Pergit porro, Η τε γαρ ὁμοιοτης των Φαντασμων etc. ac planum facit, quî visa quaevis, etiam somniantium, numquam sint falsa. Deinde subjicit, Το δε διημαρτημενον ȣκ αν ὑπηρχεν, ει μη ελαμβανομεν και αλλην τινα κινησιν συνημμενην etc. hoc est, falsum ergo numquam esset, nisi ponamus alium quemdam motum animi, phantasiae conjunctum. In quo denique quando falsitas insit, aut veritas, docet his verbis, Κατα δε ταυτην την συνημμενην τη Φανταστικη επιβολη, διαληψιν δε εχȣσαν, εαν μεν μη επιμαρτυρηθη η αντιμαρτυρηθη, το ψευδος γινεται· εαν δε επιμαρτυρηθη, η μη αντιμαρτυρηθη, το αληθες. Itaque abjectis illis, quae dixi subdititia esse, ita locus scribendus erit: Το δε ψευδος και το διημαρτημενον εν τῳ προσδοξαζομενῳ αει εςιν, κατα την κινησιν εν ἡμιν αυτοις συνημμενην τη Φανταςικη επιβολη etc. Nam illa quoque, ειτ' ȣκ επιμαρτυρȣμενȣ, adjecta videntur ab imperitis.

tis, forsan ob id, quod continuo sequitur, κατα την κινησιν εν ἡμιν αυτοις συνημμενην τῃ φανταςικῃ επιβολῃ.. καθ' ἡν το ψευδος γινεται. Eadem porro, nempe, Το δε ψευδος usque ad καθ' ἡν το ψευδος γινεται, quam prave acceperint, tum Joachimus Kuhnius, tum caeteri Laërtii interpretes, dici vix potest; maxime Ambrosius ac Meibomus, quorum verbis nulla fere sententia subest. Quid enim haec sibi volunt? *Porro eo, quod opinamur, mendacium semper ac falsum asseri, sive non refelli potest. Sin vero minus asseratur per immobilem nobis ipsis connexum imaginalem intuitum, perceptione praeditum, per quam mendacium fit*: vel ista? *Sin vero minus asseratur per immobilem nobis ipsis connexum imaginalem intuitum, qui intercapedinem tamen habet, per quam mendacium fit.* In Frobenianis ac Stephanianis libris verba, de quibus agimus, ita se habent, Το δε ψευδος και το διημαρτημενον εν τῳ προσδοξαζομενῳ αει εςιν επιμαρτυρηθησεσθαι· ειτ' ουκ επιμαρτυρουμενου κατα την ακινητον εν ἡμιν αυτοις

τοις etc. Sed την ακινητον corruptum : quare κατα την κινησιν juxta Aldobrandinianos codices scripsi : postea , διαληψιν δε εχουσαν; quamvis in vulgatis sit, διαληψιν δε εχουση ; tum quia id oratio postulat, tum quod etiam inferius bis legitur, κινησιν .. συνημμενην μεν , διαληψιν δε εχουσαν. Jam eundem locum , ut a me sanatus , latinum habe . *Falsitas vero et error semper in eo , quod insuper opinamur , situs est, per motum quemdam , qui in nobis ipsis visus notioni conjunctus ille quidem inest , opinionem tamen habet , ex qua falsitas exsistit*. Φανταςικην επιβολην verti cum Aldobrandino *visus notionem*: nam et apud Tullium *prima notio* est, quae πρωτη επιβολη apud Galenum , uti Budaeus docet. Suidae επιβολη est εννοια . Sic autem dicitur , vel quasi applicatio mentis ad rem , quae cognoscitur , vel quasi incursus aut impressio in animum visi aut notionis . Διαληψιν porro ego *opinionem*, Gassendus *judicium* , Aldobrandinus ac Meibomus male *intercapedinem* . Clemens stromat. 6. pag. 816. edit.

Digitized by Google

edit. Venet. an. 1757. την περι Θεȣ διαληψιν vocavit cognitionem vel opinionem de Deo. Alibi, hoc est stromat. lib. 5. sub init. utramque vocem conjunxit, επιβολη και διαληψις αληθειας. Infra sect. 69. noster Epicurus, και επιβολας εχοντα ιδιας παντα ταυτα εςι και διαληψεις. Quod vero ad sententiam spectat ejus loci, in quo versamur, quamvis non sit obscura, eam tamen amplius Sexti verbis lib. 2. adv. logic. sect. 65. declarare, non erit inutile: Ο δε Επικȣρος ελεγε μεν παντα τα αισθητα ειναι αληθη, και πασαν φαντασιαν απο ὑπαρχοντος ειναι, και τοιαυτην, ὁποιον εςι το κινȣν την αισθησιν· πλανασθαι δε τȣς τινας μεν των φαντασιων λεγοντας αληθεις, τινας δε ψευδεις, παρα το μη δυνασθαι χωριζειν δοξαν απο εναργειας. Enimvero εναργειαν Epicurus φαντασιαν appellat, ut idem Sextus libros 1. advers. logic. sect. 203. Επικȣρος δε, inquit, δυοιν οντων των συζυγȣντων αλληλοις πραγματων, φαντασιας και της δοξης, τȣτων την φαντασιαν, ἣν και εναργειαν καλει, δια παντος αληθη φη-

φησιν ὑπαρχειν. Id ipsum deinceps pluribus edisserit. Vide et Laërtium supra sect. 31. et 32.

Jam caetera, [7] Η τε γαρ ὁμοιοτης των φαντασμων, οἱονει εν εικονι λαμβανομενων etc. facilem explicationem habent. Sed φαντασμων alibi non legi: credo φαντασματων scribendum fuisse. Nam quum fortasse hoc nomen notatum aliquando fuerit hoc fere modo, φαντασμ͂ων, quod ii facere ſolent, qui brevitatem in scribendo sequuntur; inde, ni fallor, hujus mendi origo petenda est. Ista igitur ratione illa mihi interpretanda videntur: *Nam et visorum ex. c. quae ex simulacris sumuntur, aut dormientibus offeruntur, vel alia quadam sive mentis notione sive reliquorum judicandi instrumentorum objiciuntur, similitudo cum iis* (visis) *quae* οντα *ac vera nominantur, numquam foret, nisi illa etiam, quo intendimus* (talibus pulsi visis) *quaedam essent*: videlicet, nisi revera esset aliquid, quo haec visa, quae dormientes ex. c. accipimus, pertinerent. Sed ista certe nemini

sunt

sunt eorum, qui hos Laërtii libros exposuere, perspecta et cognita. Gassendus praeterea, quod et in aliis, quae non intelligebat, semper facere consuevit, graeca non parum vitiavit immutatione verborum. Nam posuit primo φανταστιων pro φαντασμων; quum tamen hoc nomen cum τοις νσι και αληθεσι προσαγορευομενοις genere convenire oporteat. Deinde pro εν εικονι λαμβανομενων, quod valde obscurum esse inquit, substituit εν μανια. Porro εν εικονι λαμβανομενα φανταςματα sunt visa, quae ex imaginibus seu pictis seu fictis accipiuntur. Sed ejus est illud sane gravius peccatum, quod postea legit εν τοις νσι, addito εν, tum sic latine convertit; *Profecto enim apparentiae, quae consimiles caeteris aut per furorem ex. c. percipiuntur aut inter somniandum.. non essent omnino in rerum natura, quomodo esse dicimus ea, quae entia et vera vocantur, nisi* etc. quo fere modo Ambrosius quoque ac Meibomus explicarunt. Alio enim Epicuri verba profecto pertinent. Quippe eos reprehendit, qui

Digitized by Google

qui dicerent, τινας των φαντασιων αληθεις, τινας δε ψευδεις, ut apud Sextum loco superius prolato. Namque omnia visa, etiam ea, quae falsa vocantur, ex. gr. τα εν εικονι λαμβανομενα, η καθ' ὑπνους γινομενα, esse vera contendit: quod similitudine probat visorum ejusmodi cum iis, quae τα οντα και αληθη (φαντασματα) perhibentur: eam siquidem numquam fore ait, nisi omnino, quo haec visa spectent, quaedam sint; sicut ea, quae vera nominamus, sane habent, quo referantur. Quare προς ὁ βαλλομεν est, *quod* per ea visa *petimus*, sive *attingimus*; quemadmodum βαλλειν επι σκοπον, hoc est, *scopum*, quem vocant, *petere*, vel *attingere*, dixit Xenophon. Eadem est sententia in his, quae ex Epicuro Sextus lib. 1. adv. logic. sect. 205. Πασα φαντασια απο ὑπαρχοντος τε φανταςε, και κατ' αυτο το φανταστον συνιςαται: et lib. 2. advers. eosdem sect. 63. Πασαν φαντασιαν απο ὑπαρχοντος ειναι, και τοιαυτην, ὁποιον εςι το κινεν την αισθησιν: quae supra attuli. Idem Sextus ex

co-

eodem Epicuro, quî sensus ac visa errare nequeant, melius declarat itidem lib. I. adv. logic. sect. 210. Αισθησεως ιδιον ὑπηρχε τȣ παροντος μονον και κινȣντος αυτην αντιλαμβανεσθαι, οἷον χρωματος. ȣχι δε το διακρινειν, ὁτι αλλο μεν εϛι το ενθαδε, αλλο δε το ενθαδε ὑποκειμενον. διοπερ αἱ μεν φαντασιαι δια ταυτα πασαι εισιν αληθεις· αλλ' αἱ δοξαι ειχον τινα διαφοραν. τȣτων γαρ αἱ μεν ησαν αληθεις, αἱ δε ψευδεις. Petrus Gassendus, quem toties appellamus, etiam haec postrema, ει μη ην τινα και ταυτα, προς ὁ βαλλομεν, temere immutavit isto modo, και τοιαυτα προς ἁ επιβαλλωμεθα. Sed βαλλομεν, quod is non probat, sane rectius est, quam επιβαλλωμεθα; tum etiam προς ὁ, quam προς ἁ, quamvis ταυτα proxime antecesserit, quod ita latine efferas, *nisi et haec, quo spectamus*, seu *quo collineamus*, vel *ad quem veluti scopum mentis aciem dirigimus*, dum haec visa objiciuntur.

. De illis η των λοιπων κριτηριων nullum verbum feci; quoniam, quid ea sint, ex

ex Laërtio id facile intelligis sect. 31. ubi sic : Εν τοινυν τῳ κανονι λεγει ὁ Επικυρος, κριτηρια της αληθειας ειναι τας αισθησεις και τας προληψεις και τα παθη. οἱ δε Επικυρειοι και τας φαντας ικας επιβολας της διανοιας : quae postea fusius explicantur. In subsequentibus mendose legitur διαλειψιν δε εχυσαν; pro quo scripsi cum Gassendo διαληψιν, quemadmodum in superioribus est editum.

Supersunt, Κατα δε ταυτην την κινησιν.. [8] Εαν μεν μη επιμαρτυρηθῃ η αντιμαρτυρηθῃ, το ψευδος γινεται etc. quorum similia sunt sect. 34. Την δε δοξαν και ὑποληψιν λεγυσιν· αληθη τε φασι και ψευδη· αν μεν γαρ επιμαρτυρηται, η μη αντιμαρτυρηται, αληθη ειναι· εαν δε μη επιμαρτυρηται, η αντιμ αρτυρηται, ψευδη τυγχανειν : Verum haec omnia, ac quid επιμαρτυρησις et αντιμαρτυρησις sit juxta Epicurum, Sexti verbis l. 1. adv. log. sect. 211. et deinceps, sane demonstremus. Ουκυν των δοξων, κατὰ τον Επικυρον, αἱ μεν αληθεις εισιν, αἱ δε ψευδεις. αληθεις

T , μεν

μεν αἱ τε επιμαρτυρȣμεναι και ȣκ αντιμαρτυρȣμεναι προς της εναργειας. ψευδεις δε, αἱ τε αντιμαρτυρȣμεναι και ȣκ επιμαρτυρȣμεναι προς της εναργειας. Εςι δε επιμαρτυρησις μεν, καταληψις δι εναργειας τȣ το δοξαζομενον τοιȣτον ειναι, ὁποιον ποτε εδοξαζετο. οἱον Πλατωνος μακροθεν προσιοντος, εικαζω μεν και δοξαζω παρα διαστημα, ὁτι Πλατων εςι· προσπελασαντος δε αυτȣ, προσεμαρτυρηθη, ὁτι Πλατων εςι, συναιρεθεντος τȣ διαςηματος· και επεμαρτυρηθη δι αυτης της εναργειας. Ουκ αντιμαρτυρησις δε εςιν, ακολȣθια τȣ ὑποσταθεντος και δοξασθεντος αδηλȣ τῳ φαινομενῳ. οἱον ὁ Επικȣρος λεγων ειναι κενον, ὁπερ εςιν αδηλον, πιςȣται δι εναργȣς πραγματος τȣτο, της κινησεως. μη οντος γαρ τȣ κενȣ, ȣδε κινησις ωφειλεν ειναι, τοπον μη εχοντος τȣ κινȣμενȣ σωματος, εις ὁν περιςησεται, δια το παντα πληρη ειναι και ναςα. ὡςε τῳ δοξασθεντι αδηλῳ μη αντιμαρτυρειν το φαινομενον, κινησεως ȣσης. Η μεν τοι αντιμαρτυρησις μαχομενον τι εςι τῃ ȣκ αντιμαρτυρησει. ην γαρ ανα-

ανασκευη τȣ φαινομενȣ τῳ ὑποςαθεντι αδηλῳ. οἷον ὁ Στωϊκος λεγει, μη ειναι κενον, αδηλον τι αξιων. τȣτῳ δε ȣ̔τως ὑποσταθεντι οφειλει το φαινομενον συνανασκευαζεσθαι· φημι δ' ἡ κινησις. μη οντος γαρ κενȣ. κατα αναγκην ȣτε κινησις γιγνεται, κατα τον ηδη προδεδηλωμενον ἡμιν τροπον. Ωσαυτως δε και ἡ ȣκ επιμαρτυρησις, αντιξȣς εςι τη επιμαρτυρησει. ην γαρ ὑποπτωσις δι εναργειας τȣ το δοξαζομενον μη ειναι τοιȣτο, ὁποιον περ εδοξαζετο. οἷον πορρωθεν τινος προσιοντος, εικαζομεν παρα το διαςημα, Πλατωνα ειναι. αλλα συναιρεθεντος τȣ διαςηματος, εγνωμεν δι εναργειας, ὁτι ȣκ εςι Πλατων. και γεγονε το τοιȣτον ȣκ επιμαρτυρησις. ȣ γαρ επεμαρτυρηθη τῳ φαινομενῳ το δοξαζομενον. ὁθεν ἡ μεν επιμαρτυρησις και ȣκ αντιμαρτυρησις, τȣ αληθες ειναι τι εςι κριτηριον. ἡ δε ȣκ επιμαρτυρησις και αντιμαρτυρησις, τȣ ψευδος ειναι. Quae Alb. Fabricius hac ratione in latinum de graeco transtulit: *Ex Epicuri ergo sententia, opinionum aliae quidem sunt verae, aliae vero falsae.*

Verae quidem, quibus evidentia ſuffragatur et non refragatur: falsae vero, quibus refragatur et non ſuffragatur evidentia. Est autem ſuffragatio ſive attestatio, comprehenſio evidens, quod id, quod opinamur, tale ſit, quale opinamur. Ut, Platone procul accedente, conjicio quidem et opinor, interpoſito intervallo, quod ſit Plato. Cum autem ipse appropinquarit, fit attestatio, quod ſit Plato, ſublato jam intervallo; ſuffragante ipsa evidentia. Non refragatio autem est, consequentia rei inevidentis, quam ſupponimus et opinamur, ex evidenti. Ut Epicurus, cum dicit esse inane, quod quidem est inevidens, hoc probat per rem evidentem, nempe, per motum. Nam, ſi non ſit inane, nec debet esse motus; quoniam corpus movendum destituitur loco, in quem ſe recipiat; quandoquidem plena omnia pressaque ſunt. Quo fit, ut inevidenti illi, quod opinione conceptum est, non refragetur evidens; datur enim motus. Est autem refragatio oppoſitum quid non refraga-

gationi; siquidem est coëversio rei evidentis una cum incvidente, quae supponitur. Ut Stoicus dicit non esse inane, statuitque adeo aliquid incvidens. Cum hoc ita supposito necesse est coëverti rem evidentem, nempe motum. Nam, si non sit inane, necessario ne erit quidem motus, ut jam est declaratum. Similiter non suffragatio suffragationi opposita est: est enim subversio opinionis per evidentiam facta, qua constat, rem, quam opinati sumus, non esse talem, qualem opinione nobis finximus. Ut, quopiam procul accedente, ex intervalli ratione conjicimus, eum esse Platonem: sed, sublato intervallo, cognoscimus per evidentiam, quod non sit Plato. Haec est non suffragatio: opinioni enim res evidens non suffragatur. Quamobrem suffragatio quidem et non refragatio, criterium est, quo verum esse quid, exploratur. At non suffragatio et refragatio, est criterium falsitatis. Cassendus porro, a Fabricio in suis adnotationibus ad Sextum laudatus, illa Sexti, Hγαρ

γαρ ανασκευη τȣ φαινομενȣ τῳ ὑποςαϑεντι αδηλῳ, veluti prava essent, corrigenda arbitratus est: itaque pro ανασκευη legit συνανασκευη propterea, quod subinde est, το φαινομενον συνανασκευαζεσϑαι: quem sibi idem Fabricius omnino sequendum ratus, quasi συνανασκευη esset in graecis, sic recitata verba reddidit, *Siquidem est coëversio rei evidentis una cum inevidente, quae ſupponitur*; quod est sane absurdissimum. Neque enim Sextus ait, utrumque tolli, το αδηλον scilicet και το φαινομενον; sed certe, uno posito, quod est αδηλον, alterum, nempe το φαινομενον everti: quemadmodum, inquit, posito hoc, non esse inane, quod est αδηλον, tollitur το φαινομενον, motus videlicet: μη οντος γαρ κενȣ, κατ᾽ αναγκην ȣδε κινησις γιγνεται. Quare, Ην γαρ ανασκευη etc. ita vertes, *Est enim destructio rei evidentis per obscuram, quae ponitur*. Eodem modo et ea, quae sequuntur, Τȣτῳ δε ȣ̆τως ὑποσταϑεντι οφειλει το φαινομενον συνανασκευαζεσϑαι, intelligenda sunt. Quippe non idem

idem significant, quod haec, Τȣτο ȣ̓τως ὑποςαθεν και το φαινομενον οφειλει ανασκευαζεσθαι: sed contra ita sunt explicanda, *Eo autem sic posito*, τό φαινομενον *simul tolli debet*, seu, nequit illud poni, quin simul et una τό φαινομενον destruatur. Alterum Fabricii erratum est in illis, Ην γαρ ὑποπτωσις δι εναργειας τȣ το δοξαζομενον μη ειναι τοιȣτον, ὁποιον περ εδοξαζετο. Nam, ὑποπτωσις δι εναργειας τȣ eic. latine vertit, *subversio opinionis per evidentiam* etc. quum contrarium demonstrent, nimirum, *subjectio sub sensus*, vel *sub adspectum*, uti loquitur Tullius lib. 3. de orat. *ejus rei, scilicet, quod opinati sumus, non esse, quemadmodum existimavimus*. Est ergo ὑποπτωσις δι εναργειας τȣ μη ειναι etc. *sub sensus cadere istud, non esse* etc. Nec sane unquam ὑποπτωσιν apud Graecos agendi vim ac significationem habere reperias.

§. LXXXXIIII.

§. LXXXXIIII.

AD SECT. LII. ET LIII. LIB. X. IN EPICURO.

Auditionis sensus quomodo efficiatur. Illustrata ex epistola Epicuri nonnulla, quae a Meibomo, Kuhnio, ac Gassendo prae caeteris, male habita ac deformata fuerant.

Αλλα μην και το ακȣειν γινεται, πνευματος τινος φερομενȣ απο τȣ φωνȣντος η ηχȣντος η ψοφȣντος, η όπως δη ποτε ακȣστικον παθος παρασκευαζοντος. το δε ῥευμα τȣτο εις ὁμοιομερεις ογκȣς διασπειρεται, ἁμα τινα διασωζοντας συμπαθειαν προς αλληλȣς και ἑνοτητα ιδιοτροπον, διατεινȣσαν προς το αποςειλαν και την επαισθησιν την απ' εκεινȣ ὡς τα πολλα ποιȣσαν. ει δε μη γε, το εξωθεν μονον ενδηλον παρασκευαζȣσαν. ανευ γαρ αναφερομενης τινος εκειθεν συμπαθειας, ȣκ αν γενοιτο ἡ τοιαυτη επαισθησις. ȣκ αυτον ȣν δει νομιζειν τον αερα ὑπο της προϊεμενης φωνης η και των ὁμογενων σχηματιζεσθαι. πολλην γαρ ενδειαν εξει τȣτο πασχων ὑπ' εκεινης· αλλ' ευθυς την γινομενην πληγην εν ἡμιν, όταν φω-

φωνην αφιωμεν, τοιαυτην εκ τινων ογκων ρευματος πνευματωδους αποτελεστικων ποιεισθαι, ἡ το παθος το ακουστικον ἡμιν παρασκευαζει.

Vitioſe iſthaec, Και την επαισθησιν την απ' εκεινου ὡς τα πολλα ποιουσαν, ab Ambroſio verſa, *Porro fluxus hic in aequalium partium tumores diffunditur, quamdam ad invicem ſervantes conſenſionem atque unitatem propriam, ad id, quod emiſit, atque ad ſenſum pertingentem, qui in illo ut plurimum facit*. Vitioſius a Meibomo ſic, *Porro fluxus hic in ſimilium partium corpora diffunditur, quamdam ad invicem ſervantia conſenſionem atque unitatem propriam, ad id, quo mittitur, pertingentem, qui perceptionem ab illo ut plurimum facit*. Ab eodem et graeca inquinata ſunt. Neque enim προς το αποςειλαν, ſed προς ὁ αποςελλεται edi voluit, recta depravans; praveque iſtud ipſum προς ὁ αποςελλεται reddens: quippe quum *ad id, quod mittitur*, non *ad id, quo mittitur*, ex-

exprimat. Itaque hujus loci ab his Το δὲ ῥευμα τυτο, usque ad, την επαισθησιν την απ' εκεινυ ὡς τα πολλα ποιυσαν, interpretatio talis debet esse. *Haec autem fluxio in quaedam corpuscula similibus e partibus constantia disseminatur, quae servant consensionem inter se quamdam unamque proprietatem, ad id, quod vocem emisit, pertinentem, ac sensum in nobis ejus* (quod vocem emisit) *ut plurimum efficientem*. Το αποςειλαν cum Aldobrandino converti, *quod vocem emisit*, quia ῥευμα, quod appellatur, est ipsa vox; ne, si dicerem *fluxionem emisit*, parum latine dixisse viderer.

Jam illa quoque, Αλλ' ευθυς την γινομενην πληγην, ad, το ακυςικον ἡμιν παρασκευαζει, seu potius aliqua ex iis, male item ab Ambrosio ac Aldobrandino exposita; a Kuhnio autem ac Gassendo multo etiam magis, qui insuper haec, quae omni vitio carebant, corrupere. Audi, ut hic, postquam sic posuit, Και το παθος το

ακυσ-

ακȣστικον ἡμιν παρασκευαζεσθαι, illa, inquam, perversissime explicaverit; *Sed simul, ac in nobis fit ictus, quando vocem emittimus, ipsam talem ex certis quibusdam spiritualis effluxus moleculis, ad hoc idoneis, articulari, et, appulsu ad aures facto, auditionem in nobis creare*. Nam, si τοιαυτην εκ τινων ογκων.. cum Gassendo intelligas την φωνην, superiora haec, Αλλ' ευθυς την γινομενην πληγην εν ἡμιν, pendeant, necesse est, nec habeant omnino, quo referri possint. Ergo Epicuri sententia est hujusmodi: *Sed plagam, quae continuo nobis infligitur simul, ac vocem emiserimus, eam a quibusdam corpusculis spiritus effluentis efficientibus fieri, quae ipsa nobis audiendi sensum adferat*. Supra enim dixerat, Ουκ αυτον ȣν δει νομιζειν τον αερα etc. hoc est, non posse aërem in nobis audiendi sensum gignere; sed plagam, quam statim auribus accipimus, quum vox emissa est, a corpusculis spiritus effluentis efficientibus infligi.

§. LXXXXV.

Digitized by Google

§. LXXXXV.

AD SECT. LVI. LIB. X. IN EPICURO.

Atomorum magnitudines non esse tantas, ut sensibus subjiciantur. Vitiosus ex Epicuro locus facile sanatus ac latine redditus. Idem a Gassendo ac Meibomo mendosior factus. Ab Ambrosio interprete inepte conversus.

Παν δε μεγεθος ὑπαρχον ϑτε χρησιμον εςι προς τας των ποιοτητων διαφορας, αφιχθαι τε αμελει και προς ἡμας ὁρατας ατομϑς· ὁ ϑ θεορειται γινομενον, ϑδ', ὁπως αν γενοιτο ὁρατη ατομος, εςιν επινοησαι.

Haerent in his, αφιχθαι τε αμελει eruditi: quae, quin vitiosa sint, dubitari omnino non potest. Crediderim ego, legendum, αφιχθαι τε αν μελλει, perspicua ac plana sententia, videlicet: *Omnem autem in iis* (atomis) *magnitudinem inesse, nec ad qualitatum differentias utile est, et ad nos tunc atomi pervenirent, ut cerni possint: quod quidem fieri non animadverti-*

timus etc. Ac Gassendus quidem suo more, superiora Epicuri verba, a se non parum corrupta, tali modo in lucem emisit: Παν δε μεγεθος ὑπαρχον ȣτε χρησιμον εϛι προς τας των ποιοτητων διαφορας, ȣτε αφιχθαι μελλει και προς ἡμας ὁρατας ατομȣς. το γαρ ȣτε θεωρειται γινομενον. Male etiam Meibomo, αφιχθαι τε αμελει, sic emendanda visa sunt, δια τε το αφιχθαι μελλειν. Sed nec praetereundus Ambrosius, qui haec eadem, αφιχθαι τε αμελει και προς ἡμας ὁρατας ατομȣς· ὃ ȣ θεωρειται γινομενον, oppido ridicule vertit: *Nam et ad nos veniunt haud dubie visibiles atomi: quod cum fit, minime cernitur.*

§. LXXXXVI.

AD SECT. LXIII. LIB. X. IN EPICURO.

De animae natura eaque parte potissimum, in qua inest sentiendi ac cognoscendi vis, ex Epicuro disputatum. Interpretum caeterorum, sed Gassendi vel maxime, errores reprehensi. Qui anima ab Epicuro apud Laërtium triplex ponatur, quae ab aliis ex ejusdem philosophi opinione quadruplex dicitur.

Οὕτω

Ουτω γαρ ἡ βεβαιοτατη πιστις εσται, ὁτι ἡ ψυχη σωμα εστι λεπτομερες, παρ ὁλον το αθροισμα παρεσπαρμενον· προσεμφερεστατον δε πνευματι, θερμου τινα κρασιν εχοντι. και πη μεν τουτῳ προσεμφερες, πη δε εκεινῳ. εστι δε το μερος πολλην παραλλαγην ειληφος τῃ λεπτομερειᾳ και αυτων τουτων.

Sermo est heic de anima ejusque partibus. Dicit vero Epicurus, esse eam *spiritui calore quodam temperato quam simillimam, et partim quidem huic, partim illi similem*. Sed illa, Εστι δε το μερος πολλην παραλλαγην ειληφος τῃ λεπτομερειᾳ και αυτων τουτων, quo spectent, certe ignorant, qui Laërtium interpretati sunt. Omnes enim prave transtulerunt: Aldobrandinus, *Est autem pars alia ob harum ipsarum tenuitatem partium mutationibus multis subjecta*: Ambrosius quoque ac Meibomus, a quo et absurde editum κατα μερος, *Est autem pars, quae multam accepit immutationem exilitate partium etiam horum ipsorum*.

rum. Gassendus autem a re longius aberravit, sic ista declarans, *Est vero insigne discrimen tenuitatis particularum, ex quibus haec pars animalium constat, etiam ab ea, quam obtinent vulgo venti ignisque particulae.* Nam το μερος intelligit illud ipsum, quod Epicurus in anima esse ait, προσεμφερεστατον πνευματι συν θερμῳ: quo etiam facit loquentem pugnantia: etenim primo dicit, *vento ac calori quam simillimum*, postea, *ab iis ipsis tenuitate admodum discrepare.*

Itaque το μερος judicio nostro est ea pars animae, απο τȣ πνευματος και θερμȣ diversa *multoque iis subtilitate ac tenuitate praestantior*, (id enim est, πολλην παραλλαγην ειληφος τῃ λεπτομερειᾳ και αυτων τȣτων) qua cognoscimus ac sentimus; quam nominis expertem esse ajebat Epicurus: de quo Plutarchus lib. 4. de plac. phil. cap. 3. Επικȣρος (την ψυχην) κραμα εκ τετταρων, εκ ποιȣ πυρωδȣς, εκ ποιȣ αερωδȣς, εκ ποιȣ πνευματικȣ, εκ τεταρτȣ τινος ακατονομαςȣ, ὁ ην αυτῳ αισθητικον: eadem fe-

fere lib. adv. Colot. pag. 1118. D. et Stobaeus ecl. phys. p. 93. Sed audi Lucretium lib. 3. vers. 238. et deinceps:

Jam triplex animi est igitur natura reperta:
Nec tamen haec sat sunt ad sensum cuncta creandum;
Nil horum quoniam recipit mens posse creare
Sensiferos motus, quaedam qui mente volutent.
Quarta quoque his igitur quaedam natura, necesse est,
Attribuatur: ea est omnino nominis expers:
Qua neque mobilius quicquam, neque tenvius exstat,
Nec magis e parvis aut laevibus ex elementis,
Sensiferos motus, quae didit prima per artus.

Verum quid est hoc, quod Epicurus animam triplicem facit, quippe quae, ἐκ πνεῦ-

πνευματος, και θερμου, και μερους πολλην παραλλαγην ειληφοτος τῃ λεπτομερειᾳ και αυτων τουτων, ipsius verbis componatur; quum apud Plutarchum, Stobaeum ac Lucretium dicatur quatuor e partibus constare? Gassendus ad haec: *Nomine του πνευματος intelligo tum quidpiam ventosum, tum quidpiam aëreum.* Atqui aliter Lucretius: nam το αερωδες, quod heic ab Epicuro praetermittitur, τῳ θερμῳ comprehendi significat: quo sane modo hic nodus expediendus est. Sic enim is vers. 232. et sequ.

Nec tamen haec simplex nobis natura putanda est.
Tenvis enim quaedam moribundos deserit aura (πνευμα)
Mixta vapore (τῳ θερμῳ). *Vapor porro trahit aëra secum;*
Nec calor est quisquam, cui non sit mixtus et aër.
Rara quod ejus enim constat natura, necesse est
Aëris inter eum primordia multa cieri.

V §. LXXXXVII.

§. LXXXXVII,

AD SECT. LXVI. LIB. X. IN EPICURO.

Partem animae, quae caret ratione, toto corpore fuisse ab Epicuro distributam, rationis compotem in pectore collocatam. Παρεσαρθρει, in antiquis codicibus repertum, recte se habere contra Gassendum ostenditur.

Και το μεν τοι αλογον αυτης, ὁ τῳ λοιπῳ παρεσαρθρει σωματι· το δε λογικον εν τῳ θωρακι.

Scripsi *παρεσαρθρει*, ut est in vetustis codicibus, Gassendo ac Menagio testibus, non *παρεσαθρει*, ut in editis. Gassendus respuit *παρεσαρθρει*; *ex quo*, inquit, *nullam non incommodam significationem expresseris*: et is quidem *παρεζεται*; Meibomus *παρεσπαρη* ex ingenio reponunt. Sed rectum id est opinione mea: potest enim commode ad Epicurum referri sic, *Et ejus quidem* (animae) *partem ratione carere, quam reliquo corpore distribuit; partem vero compotem rationis, sitam in pectore*: nam ante dicitur, Αλλα μην και

ταδε

ταδε λεγει (ὁ Επικȣρος) και εξ ατομων αυτην συγκεισθαι λειοτατων .. και το μεν τοι αλογον etc. etsi legere malim, ὁ εν τῳ θωρακι, vel, το εν τῳ θωρακι; nisi tamen, quod mihi verissimum videtur, Laërtius scripserit, Και το μεν τοι αλογον αυτης τῳ λοιπῳ etc. hoc est, *Et partem quidem ratione destitutam reliquo corpore distribuit, rationis vero participem in pectore locavit*.

§. LXXXXVIII.

AD SECT. CXXXI. ET CXXXII. LIB. X. IN EPICURO.

Cujusmodi voluptatem finem esse diceret Epicurus. Correctio quaedam Laërtio adhibetur. Meibomi tarditas ac imperitia castigatur.

Οταν ȣν λεγωμεν, ἡδονην τελος ὑπαρχειν, ȣ τας των ασωτων ἡδονας και τας των εν απολαυσει κειμενας λεγομεν ... αλλα το μητε αλγειν κατα σωμα, μητε ταραττεσθαι κατα ψυχην. ȣ γαρ ποτοι και κωμοι συνειροντες ... τον ἡδυν γεννᾳ βιον.

Lege, και τας εν απολαυσει κειμενας, vel, και τας των εν απολαυσει κειμενων, vel denique, και τας των εν απολαυσει.

In verbis sequentibus, quae recta ac pura esse vel caecus aliquis viderit, Meibomus noster maculam haerere sibi persuasit: ejus enim ista sunt; *Omnes editiones perperam*, ȣ γαρ ποτοι και κωμοι συνειροντες; *quod Aldobrandinus vertit, continentes comessationes, Gassendus, perpetuae, magno errore, non solum ex re, quod perpetuis comessationibus nec luxuriosissimi sufficiant, sed etiam ex hujus verbi significatione. Hesychius* συνειρει, συναπτει: *significatione perpetui nusquam invenitur.* Verum haec similia caeteris. Nam vocem quidem, συνειροντες, non tantum agendi significationem habere, sed etiam conjunctas, vel continentes aut perpetuas demonstrare, ea solum, quae Budaeus ac Stephanus in thesauro graeco ex Aristotele recitant, loca declarant. Dico *continentes aut perpetuas*; eaedem enim sunt, quod is nescire

scire mihi videtur ; potationes scilicet ac comessationes non interruptas , sed fere continuas , ut unam altera excipiat ac sequatur. Quod autem ad rem spectat, perpetuas ganeonum epulas ὑπερβολικως quidem , recte tamen dici , nemo , praeter Meibomum, ignorat. Sed pudet me profecto his refutandis ineptiis ac nugis operam perdere. Non omittam tamen, ut is emendandum hunc locum putaverit, *Transposito*, inquit, *verbo συνειροντες , commodus statim sensus utrobique apparet* . Itaque haec inepte sane; utque erat eo dignum, qui nihil boni ac elegantis , quodque non procul abesset a vero , proferre solitus esset, ita vulgavit , Αλλα το μητε *αλγειν κατα σωμα, μητε ταραττεσθαι κατα ψυχην συνειροντες . ου γαρ ποτοι και κωμοι* etc.

§. LXXXXVIIII.

AD SECT. CXXXII. LIB. X. IN EPICURO.

Emendatus Laërtius. Lectum διδασκαστης pro διδασκασται : tum Σοφιας τιμιωτερον φρονησις, pro Φιλοσοφιας τιμιωτερον.

Quid Σοφια ; quid Φρονησις sit . Epicurum prudentiam pluris, quam sapientiam fecisse . Plerosque tamen sapientiam prudentiae praestare velle. Laërtius a Meibomo corruptus .

Διο και Φιλοσοφιας τιμιωτερον ὑπαρχει Φρονησις, εξ ἧς αἱ λοιπαι πασαι πεφυκασιν αρεται, διδασκουσαι, ὡς ουκ εστιν ἡδεως ζην, ανευ του φρονιμως και καλως και δικαιως.

Si quis mentem adhibeat, non διδασκουσαι, sed certe διδασκουσης legendum fuisse deprehendet. Hujusmodi enim sententia debet esse: *Ex qua* (prudentia) *reliquae virtutes nascuntur* ; *quippe quae doceat, non posse jucunde vivi, nisi prudenter et honeste justeque vivatur.*

Sed et illud, Φιλοσοφιας τιμιωτερον ὑπαρχει Φρονησις, profecto mihi non probatur. Laërtius ita, ni fallor, Σοφιας τιμιωτερον, quod est Epicuri doctrinae maxime consentaneum: qui scilicet eam modo scientiam aestimaret, quae conduceret ad beatam vitam; quae vero esset posita in cognitione eorum, quae nihil ad hominis

nis felicitatem conferrent, facile contemneret. Est porro, Σοφια quidem θεωρητικη tantum, Φρονησις autem πρακτικη, quippe επιστημη κακων και αγαθων, ut ea definitur a Stoicis apud Laërtium lib. 7. sect. 92. seu, quod ait Aristoteles ethic. Nicomach. lib. 6. cap. 5. versatur περι τα ανθρωπῳ αγαθα και κακα. Eadem ab Archyta apud Stobaeum serm. 1. de virtute pag. 15. edit. Aurel. Allobr. anno 1609. Επισαμα των ανθρωπων και των περι τον βιον dicitur; Σοφια vero των θειων και δαιμονων. Itaque Epicurus, ut inquit Plutarchus de Stoic. repugn. pag. 1046. D. Την φρονησιν ἡγειτο ποιητικον ειναι της ευδαιμονιας το αγαθον: et apud Laërtium idem Epicurus paullo ante sic, Αλλα (τον ἡδυν γεννᾳ βιον) νηφων λογισμος και τας αιτιας εξερευνων πασης αἱρεσεως και φυγης και τας δοξας εξελαυνων, αφ' ὡν πλειστος τας ψυχας καταλαμβανει θορυβος. τουτων δε παντων αρχη και το μεγιστον αγαθον φρονησις: quibus continuo subdit superiora illa, διο και σοφιας τιμιωτερον ὑπαρχει

φρονησις. Contra sapientiam praestare prudentiae tum Plutarchus de virtute mor. pag. 443. E. tum Aristoteles contendit ethic. Nicom. lib. 6. cap. 7. cujus ista sunt: *Ωστ' ειη αν ἡ σοφια νȣς και ὥσπερ κεφαλην εχȣσα επιςημη των τιμιωτατων. ατοπον γαρ, ει τις την επιςημην πολιτικην, η την φρονησιν σπȣδαιοτατην οιεται ειναι, ει μη το αριςον των εν τῳ κοσμῳ ανθρωπος.* Paullo vero post: *Και γαρ ανθρωπȣ αλλα πολυ θειοτερα την φυσιν, οἱον τα φανερωτατα γε, εξ ὧν ὁ κοσμος συνεστηκεν. εκ δη των ειρημενων δηλον, ὁτι ἡ σοφια εςι, και επιστημη και νȣς των τιμιωτατων τῃ φυσει. διο Αναξαγοραν και Θαλην και τȣς τοιȣτȣς, σοφȣς μεν, φρονιμȣς δ' ȣ φασιν ειναι, ὁταν ιδωσιν αγνοȣντας τα συμφεροντ' αὑτοις, και περιττα μεν και θαυμαςα και χαλεπα και δαιμονια ειδεναι αυτȣς φασιν, αχρηςα δ', ὁτι ȣ τα ανθρωπινα αγαθα ζητȣσιν.*

Locus a Meibomo de more vitiatus; itaque, addito *το* articulo, Amstelodami editus, *φιλοσοφιας το τιμιωτερον*. Non hoc

hoc

hoc melius, quod subjecit, *Verti ac si legeretur, διο και των εκ της φιλοσοφιας αγαθων το τιμιωτερον, et ita scripsiſſe puto.*

§. C.

AD SECT. CXXXVIIII. LIB. X. IN EPICURO.

De opinione, quam Epicurus habuit de Diis. Emendatus Cicero duobus locis.

Το μακαριον και αφθαρτον, ουτε αυτο πραγματα εχει, ουτε αλλῳ παρεχει.

De hac, quae inter Epicuri κυριας δοξας prima sententia est, disputat M. Tullius: cujus locum elegantiſſimum quidem, sed certe non sanum, ut ei, quam potero, medicinam faciam, heic ex lib. 1. de natur. Deor. cap. 30. recitabo: *Itaque in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas appellatis κυριας δοξας, haec, ut opinor, prima sententia est: Quod beatum et immortale est, id, nec habet, nec exhibet cuiquam negotium. In hac ita expoſita ſenten-*

tentia sunt, qui existiment, quod ille inscitia plane loquendi fecerit, fecisse consulto. De homine minime vafro male existimant. Dubium est enim, utrum dicat aliquid iste beatum et immortale, an si quod sit, id esse immortale. Non animadvertunt, heic eum ambigue loquutum esse; sed multis aliis locis et illum et Metrodorum tam aperte, quam paullo ante te. Illa enim certe vitiosa et corrupta sunt, *an si quod sit, id esse immortale*. Nulla quippe ex his, quae quidem huic loco conveniat, sententia exprimi potest. Ne longum faciam, ita censeo emendanda; *an si quod sit beatum et immortale*. Itaque hoc dicit Cicero, graeca verba, Το μακαριον και αφθαρτον, ουτε αυτο πραγματα εχει, ουτε etc. ambigua videri nonnullis. Nam vel ita intelligi posse, *Quod beatum et immortale est, id nec habet* etc. vel ita etiam, *Si quod sit beatum et immortale, id nec habet* etc. Quorum primum si vellet Epicurus, Deos utique is ponere videretur; si vero alterum diceret, idem nec negaret, nec ad-

adfirmaret, esse Deos. Ac his quidem, qui eum consulto ambigue loquutum putant, respondet Tullius, eos injuriam Epicuro facere, tum quia de homine minime vafro male existimant, tum quia, si heic inscitia plane loquendi obscure exposuit, quid sentiret de Diis, alibi certe apertius declaravit. Propior verae, quam quae vulgo circumfertur, scriptura est veteris codicis, *an si quod sit beatum, id esse immortale.*

Placet subjicere quiddam leviusculum: quoniam video aliquos his etiam leviculis delectari. Nam infra sect. 144. quum sit aliud scitum Epicuri, Βραχεια σοφῳ τυχη παρεμπιπτει· τα δε μεγιςα και κυριωτατα ὁ λογισμος διωκει: quod ita idem Tullius lib. 1. de fin. cap. 19. *Optime vero Epicurus, quod exiguam dicit fortunam intervenire sapienti; maximasque ab eo et gravissimas res consilio ipsius et ratione administrari*; non dubitem ita legere *maximasque adeo*. Ineptum est enim *ab eo*, *consilio ipsius*. Morellio *ab eo* delendum visum est;

est; sed, quod ego opinor, verius.

§. CI.

AD SECT. CXXXX. LIB. X. IN EPICURO.

Non posse jucunde vivi, nisi honeste justeque vivatur. Locus vitiose editus, quem frustra Gassendus, Kuhnius, Meibomus restituere tentarunt, nitori suo redditus.

Ουκ εϛιν ἡδέως ζῆν ανευ του φρονιμως και καλως και δικαιως· ουδὲ φρονιμως και καλως και δικαιως ανευ του ἡδέως. ὅτῳ δὲ τουτο μη ὑπαρχει, ου ζῇ φρονιμως και καλως, και ᾧ δικαιως ὑπαρχει, ουκ εϛι τουτον ἡδέως ζῆν, ἕνεκα του θαῤῥειν εξ ανθρωπων, η κατα φυσιν αρχης και βασιλειας αγαθὸν, εξ ὧν ουκ αν ποτε τουτο οἷος τ' ῃ παρασκευαζεσθαι. Ενδοξοι και περιβλεπτοι etc.

Priora, Ουκ εϛιν ἡδέως ζῆν ανευ του φρονιμως και καλως και δικαιως· ουδὲ φρονιμως και καλως και δικαιως ανευ του ἡδέως, ita descripsi, ut a viris doctis jam emendata sunt: posteriora autem, Ὅτῳ δὲ τουτο etc. quemadmodum feruntur. Quae equi-

equidem sic corrigenda esse ac distinguenda arbitror : Οτῳ δε τυτο μη ὑπαρχει, ζην φρονιμως και καλως και δικαιως, υκ εςι τυτον ἡδεως ζην ἑνεκα τυ θαῤῥειν εξ ανθρωπων etc. id est, *In quo vero istud non inest, prudenter, inquam, et honeste justeque vivere, is non potest ideo vivere jucunde, quia hominibus confidat, vel ex principatus natura regnique bono: quibus ex rebus numquam illud* (το ἡδεως ζην) *sibi comparaverit*. Scripsi autem, εξ ὧν υκ αν, Romae editos libros sequutus. In caeteris legi tantum ζην pro ζη, sustulique υ atque ῳ cum altero ὑπαρχει : itaque non magno labore locum vitiosum sanavi; quum tamen Gassendus ac Meibomus, quibus et Ioachim. Kuhnium adjungere est opus, pluribus partim demptis partim additis, id minime consequuti sint.

§. CII.

AD SECT. CXXXXII. LIB. X. IN EPICURO.

Declaratur Epicuri sententia: Si quotiescumque inesset in nobis voluptas, eadem coacervaretur, esset-que

que in toto corpore ac cunctis sensibus, nullas voluptatum differentias fore. Laërtii interpretes, Kuhnius, Gassendus, Meibomus graviter castigati. Pro Οδον, Ολον suppositum. Quid, ὅλον το ἀθροισμα, significet; quid, τα κυριωτατα μερη της φυσεως. Epicurum velle, summam voluptatem esse, non dolere: sed in caeteris voluptatum discrimen ponere, contra Gassendum ac Menagium, demonstratur. M.Tullius a Meibomo reprehensus. In quo ejus inscitia ac loquacitas irridetur. Ejusdem error puerilis. Το φοβερωτερον in Epicuro *timorem* denotare. Id Gassendo ignoratum.

Ει κατεπυκνυτο πασα ἡδονη, και χρονῳ, και περι ὁδον το αθροισμα ὑπηρχεν η τα κυριωτατα μερη της φυσεως· ουκ αν ποτε διεφερον αλληλων αἱ ἡδοναι.

Tam haec perperam ac procul a vero a Kuhnio, Ambrosio ac Meibomo reddita legimus, ut mirum sit. Gassendus vero, *Ex his*, inquit, *ut quidpiam sani erui valeat, alio, quam Davo, opus est*: tum, iisdem mirabiliter depravatis, absurdam inde maximeque diversam ab ea, quam locus hic praefert, sententiam elicit; hanc nempe: *Si voluptas omnis sic posset in se ipsam colligi, ut duratione complexuque per-*

fec-

fectis, molestiae nihil extra eam foret; foret ea collectio perinde absoluta, ut sunt opera naturae praecipua, neque voluptates ullatenus inter se differrent. Graeca autem ita vulgavit : Ει κατεπυκνȣτο πασα ἡδονη και χρονῳ και περιοδῳ, αϑροισμα ὑπηρχεν καϑα και τα κυριωτατα μερη της φυσεως, και ȣκ αν ποτε διεφερον αλληλων αἱ ἡδοναι. Eadem Meibomus quoque pervertit hoc modo : Ει κατεπυκνȣτο πασα ἡδονη, και χρονῳ κατα περιοδον το αϑροισμα ὑπηρχεν επι τα κυριωτατα μερη της φυσεως etc. quibus ista subjicit, *Difficillima haec sententia est interpretum omnium et commentatorum confessione, cum ob corruptam graecorum codicum lectionem duobus locis, tum ob ipsam rem, quam intellectu adsequi non potuerunt*. Deinde haec exponere ac declarare aggreditur pluribus verbis. Frustra tamen operam impendere mihi videtur; quum eorum pleraque inania prorsus sint, atque ab Epicuri mente sensuque vel maxime abhorreant. Unum modo notabo, quod mihi non praetereundum existimo : hanc

hanc scilicet, inquit, Epicureae sententiae esse rationem : Si *densaretur* unaquaeque voluptas etc. voluptates inter se nequaquam differrent, atqui voluptas unaquaeque non *densatur*; differunt voluptates igitur. Hac enim rationis conclusione profecto nihil esset fallacius. Vide aliam plane similem : Si Meibomus abesset a patria, idem domi suae non esset; sed is a patria non abest; domi suae est igitur. Atqui hoc sane perperam : esse enim posset domi alienae, vel in foro etiam vel in via. En, si bene percipio, quid hoc dicto significare atque efficere voluerit Epicurus: Si quaevis voluptas coacervaretur etc. invicem numquam discreparent voluptates; sed est voluptatum differentia; non ergo coacervatur omnis voluptas. Sed contra Meibomum hac quidem de re hactenus.

Accipe jam ejus ipsius loci, qui mendosissimus ac obscurissimus habetur, explicationem meam: quam si, non facilem modo, sed prope certam ac manifestam dixerim, impudens non sim. Tantum scribo

ὅλον

ὁλον pro ὁδον. Quam facile vero ΟΛΟΣ et ΟΔΟΣ invicem permutari possint, etiam tacente me, omnes vident. Haec igitur esse debet interpretatio: *Si semper voluptas conglobaretur, eaque diu, inque tota concretione, vel in praecipuis naturae partibus inesset, inter se numquam voluptates differrent.* Ολον το αϑροισμα est tota corporis compages, seu concretio, qua constat animantis natura. Saepe vero ὁλον το αϑροισμα in hanc sententiam usurpat Epicurus. Sic in epistola ad Herodot. sect. 63. Η ψυχη σωμα εςι λεπτομερες, παρ' ὁλον το αϑροισμα (*per totum corpus*) παρεσπαρμενον. Inferius sect. 65. Λυομενȣ τȣ ὁλȣ αϑροισματος. Idem sect. 66. vocat ὁλην συγκρισιν. Caeteri male το αϑροισμα, *coacervationem* vel *collectionem* voluptatum interpretati sunt. Sequitur, η περι τα κυριωτατα μερη της φυσεως: quod equidem latine dixi, *vel in praecipuis naturae partibus*, videlicet, ut arbitror, in praecipuis sensibus: Gassendus vero vitiose atque adeo ridicule, *ut sunt opera na-*

X *tu-*

turae praecipua. Jam, και χρονῳ, transtuli, *et diu*. Paullo ante dixerat, ου χρονιζει το αλγουν συνεχως εν τῃ σαρκι. Porro ex hoc, velut antecedente, *Si semper voluptas conglobaretur, diuque inque universo corpore inesset*, recte Epicurus colligit, nullas voluptatum varietates ac differentias fore: quod eidem falsum atque absurdum videtur. Neque enim vere ad hunc locum Gassendus ac Menagius scribunt, hoc eum habere commune cum Cyrenaicis, μη διαφερειν ἡδονην ἡδονης: nam contra sensisse, illa certe declarant, quae inferius leguntur sect. 144. ἡ ἡδονη εν τῃ σαρκι.. ποικιλλεται: et quae apud Tullium Torquatus Epicureus de finib. lib. 1. cap. 11. *Omnis autem privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem, ut postea variari voluptas distinguique possit, augeri amplificarique non possit*.

Superiorem sententiam, Ει κατεπυκνουτο πασα ἡδονη etc. sequitur ista, Ει τα ποιητικα των περι τους ασωτους ἡδονων ελυε τους φοβους της διανοιας, τους τε περι μετεωρων

ρων και θανατου και αλγηδονων· ετι τε το περας των επιθυμιων εδιδασκεν, ουκ αν ποτε ειχομεν ὁ τι μεμψαιμεθα αυτοις, πανταχοθεν εισπληρουμενοις των ἡδονων, και ουδαμοθεν ουτε το αλγουν ουτε το λυπουμενον εχουσιν, ὁπερ εστι κακον. Eam porro a Cicerone latine redditam multis castigat Meibomus; ac Tullium, vir talis scilicet, graviter accusat de eo, quod mentem Epicuri non perspexerit, praveque haec fuerit interpretatus: quo, inquit, errore captos etiam esse caeteros; unum se verum vidisse gloriatur. Etsi hic homo semper est ineptus ac hebes, multo tamen heic levitatem ac tarditatem suam manifestius prodit. Nam et graeca corrumpit, tum etiam mendose interpungit, quum tamen se belle emendare ac praeclare distinguere arbitretur: tum vero alia quam plura, ut est verbosus ac loquax, adeo vana ac futilia aggerit, ut ea mihi ne oratione quidem commemoranda, sed omnino contemnenda atque irridenda putem. Igitur non potuit Cicero hunc locum e graeco accuratius

aut elegantius vertere : quod ut cognoscatur, praestat ita translatum, licet Gassendus, Menagius ac Meibomus jam adtulerint, heic iterum ex lib. 2. de finibus recitare : *Si ea, quae sunt luxuriosis efficientia voluptatum', liberarent eos Deorum et mortis et doloris metu, docerentque, qui essent fines cupiditatum ; nihil haberem, quod reprehenderem, cum undique complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aliquid, aut dolens, aut aegrum, id est, aut malum.* Tantum, quae ex eo adversus Epicurum a Tullio postea disputantur, Gassendus in suis commentariis vehementer oppugnat : quem lege sis, ut de ejus philosophi opinione sensuque rectius judicare possis.

Sed quoniam heic Meibomi errata reprehendere institui, etiamsi pleraque praeteream (quis enim ex infinitis persequi singula possit ?) tamen et istud notabo : nam, quum deinde Laërtius ex Epicuro, Ει μηθὲν ἡμας αἱ των μετεωρων ὑποψιαι ενωχλȣν : Gassendus autem istud ipsum ex

Plu;

Plutarcho ita vulgaverit, *αἱ ὑπερ των μετεωρων* etc. ait iste, *perperam* ſecisse, ac tum in Laërtio tum in Plutarcho etiam, *αἱ περι των μετεωρων*, scribi jubet: non enim intelligit, quod ipsi vel pueri non nesciunt, sive, *ὑπερ των μετεωρων*, sive *περι των μετεωρων*, legeris, nihil prorsus interesse.

Quamquam Gassendum quoque, ut hoc denique addam, gravi reprehensione ac animadversione dignum nemo negaverit propterea, quod in his, quae habentur haud ita multo post, *Ουκ ην το φοβουμενον ὑπερ των κυριωτατων λυειν μη κατειδοτα, τις ἡ του συμπαντος φυσις*, quorum significatio est hujusmodi, *Non licet hominem maximarum rerum metum abjicere, qui non cognoverit naturam universi*, quod is, inquam, pro *το φοβουμενον*, *τον φοβουμενον* ediderit, idque se ſecisse scripserit *ex ipsa sensus necessitate*; quo certe nihil falsius, nihil homine erudito indignius dici potuit. Nam *το φοβουμενον*, quod est in omnibus Laërtii libris, *timorem* aut *metum*

tum designát, estque *το φοβȣμενον λυειν*, *timorem ponere*: cujusmodi verbis profecto solet uti Epicurus; a quo etiam *το ἡδομενον* voluptas vocatur, *το λυπȣμενον* dolor sect. 139. Dixi *in libris omnibus*: ejus enim, qui Amstelodami litteris Westenianis prodiit, in quo Meibomus posuit *τον φοβȣμενον*, nullius veteris codicis auctoritate fretus, sed tantum Gassendo assentiens, nullam, quod alibi professus sum, rationem habui.

Atque heic ego quidem orationi meae modum ponere ac tandem finem facere constitueram. Sed quoniam video Meibomum istas ipsas ob res, propter quas eum in doctorum omnium reprehensionem ac vituperationem incurrere oportuisset, a nonnullis, qui eruditi censentur, magnopere laudatum; quamquam id jure merito praeterire ac contemnere possem; tamen, ne forte videar ignorasse, de hoc lecturos tantum admonere volo. Est autem, quem dico, potissimum auctor operis inscripti, *Histoire des ouvrages des Scavans*: qui in Apri-

Digitized by Google

Aprili anni 1692. art. 7. ubi judicium suum profert de vitis Laërtii a Meibomo eodem anno in lucem emissis, hominem miris laudibus extollit, tum universim ob impensam in Laërtio emendando ac explanando operam, tum maxime ob illustratum decimum ejusdem ſcriptoris librum, qui Epicuri philosophiam complectitur: idemque ejus ipsius libri adnotationes 193. et 194., duas illas Epicuri sententias, *Ει κατεπυκνȣτο πασα ἡδονη* etc. et *Ει τα ποιητικα των περι τȣς ἀσωτȣς ἡδονων ελυε φοβȣς* etc. eo modo, quo supra indicatum est, explicantes ita commendat, ut ex iis potiſſimum Meibomi *ingenium* ac *eruditionem* intelligi atque apparere pronunciet. Nihil ego quidem contra hunc hominem acerbius dictum, nec quidquam oratione mea de ejus fama ac existimatione detractum velim. Notabo hoc tantum, etiam eruditos ac ingeniosos interdum caecutire, inque tam graves tamque apertos errores prolabi, in quos nemo unquam eos lapsuros fuisse credidisset.

Quod

Quod nobis multo etiam magis, qui his ingenio ac doctrina certe pares non sumus, aliquando in hoc commentario evenisse non dubitamus: ut dum aliorum errata detegeremus, ipsi non minus quam illi, potius plusquam illi, errare deprehenderemur. Verum si qui, quod nos in iis, non obtrectandi quidem certe, sed tantum juvandi studio, ne scilicet minus docti virorum doctorum auctoritate deciperentur, praestitimus, id ipsum isti in nobis praestent, ut nos de nostris erroribus admoneant; hoc iidem, non modo non aegre laturos, sed etiam gratum habituros nos esse, certo sciant.

FINIS
COMMENTATIONUM
LAERTIANARUM.

INDEX
NOMINUM ET RERUM.

A

Absoluta et relata 51. 52.
Achilles. Argumentatio quaedam a Zenone Eleate inventa 196.
Eadem Parmenidi a Favorino tributa ibid.
Aelianus de Anaxagorae sepulcro inscriptoque epigrammate 32. 83.
Aenesidemus an motum adseruerit 222.
Idem quem finem statuerit 244.
Aeschylus Menedemi accusator 41.
Aesopi fabula a Socrate versibus tradita 84.
Αγραμματος et εγγραμματος φωνη 50.
Αγυια 22. 23.
Ακραγας, & urbis & fluvii nomen 168, 169.
Aldobrandinus notatus 26. 31. 34. 35. 38. 39. 41. 46. 49. 55. 60. 61. 65. 66. 69. 76. 78. 80. 83. 95. 101. 105. 111. 117. 151. 166. 170. 175. 185. 188. 198. 203. 210. 215. 218. 221. 227. 237. 239. 251. 257. 259. 160. 267. 271. 272. 275. 283. 286. 298. 302.
Amasaeus Rom. castigatus 74.
Ambrosius reprehensus 17. 26. 34. 38. 41. 43. 46. 49. 52. 61. 62. 79. 95. 105. 111. 117. 166. 170. 175. 185. 188. 200. 203. 210. 211. 215. 221. 225. 227. 231. 233. 234. 237. 239. 251. 252. 257. 259. 260. 267. 271. 272. 275. 282. 286. 297. 298. 301. 302. 318.
Αμφοτερογλωσσος cur Zeno Eleates dictus 194.
Anacharsis. Ejus in Graeciam iter eruditionis caussa 26. 27.
Sententia, quam moriens dixit ibid.
Ob graecarum litterarum cognitionem philo-

losophus factus ; & salutem inde consequutus ibid.
Apollinis responsum de sapientia Mysonis ipsi ne an Soloni datum 16. 17. 18.
Anaxagoras *mens* vocatus 26. 27.
Qua de caussa ibid.
A Platone aliisque reprehensus 27.
De eo insignis Aristotelis locus 28. 29.
De ejus sepulcro et ara Aeliani locus 32. 33.
Quid in ara, quid in sepulcro inscriptum ib.
Anaxagorae opinio de anima 189.
Anaximenes. Ad eum Pythagorae epistola 166.
Αντιςρεπτειν quid significet 100.
Anima. De ea Xenophanis sententia 188. 189. 190.
An a mente distinguatur eaque inferior sit. ibid.
De eadem opinio Parmenidis, Democriti, Anaxagorae. ibid.
Naturam habet sejunctam a corpore ; nec cum illo interit, ex Epicteto ac Simplicio 129.
Non corpus, sed anima homo est, ex iisdem 133.
Ejus natura ac partes ex Epicuro 302. 303. 304.
Pars, qua cognoscimus ac sentimus, caeteris subtilior. ibid.
Triplex ne eidem an quadruplex anima sit 305.
Pars rationis particeps, ab eo in pectore posita: quae caret ratione, toto corpore distributa. 306. 307.
Animal. Prima ejus appetitio non est voluptatis, ex opinione Stoicorum 121. 122. 123.
In eo non dissimilis natura, ac in plantis, ex iisdem 223. 124.
Animantia bruta non loquuntur 50.
Anniceris redemptor Platonis 43.
Ex pecunia a Dione ad se missa hortulum Platoni emit ibid.
Ανταναπληρωσις quid Epicuro sit 269.
Antonius M. domum a se procul ab urbe exstructam Τιμωνειον διαιταν vocat 247.
Αφασια quid 11. 12.

A Sce-

A Scepticis usurpata ib.
Ἀπολαυσις 80.
Apollo. Eius oraculum de sapientia Mysonis 16. 17. 18.
Eiusdem responsum Diogeni redditum 92. 93. 94.
Ἀποφασις Scepticorum 210 211.
Ἀπροπτωσια eorumdem p. 211.
Apuleius de Platone 3.
Idem de Zenone Eleate 193.
Ἀπυρος τροφη 102.
Arati scholiastes 153. 155.
Arcesilas auditor Menedemi, Diodori ac Pyrrhonis 68. 69. 70. 71.
Eius epigrammata duo 63. 64.
Nullum librum scripsit 76.
Hierocli amicus 78.
Antigoni regis amicitiam contempsit 78. 79.
Legatus pro patria ad illum missus, eum non convenit ibid.
Ad Eumenem regem tantum, litteras scribere solitus 77.
Amavit Demetrium et Leocharem 79.
Disputationes inter scyphos devitabat 80.
Quid Aridelo responderit 80.
Archedemus Stoicus, voluptatem secundum naturam esse censuit 122.
Archilochus versus iambici recti inventor 85.
Archytas musicus a Bione irrisus 82. 83.
Archytae Pythagorei locus apud Stobaeum 311.
Aristippi sectatores, non omnes Aristippei aut Cyrenaici, sed alii alio nomine appellati 38.
Aristocles apud Eusebium 182. 244.
Aristophanes 138.
Aristophanis scholiastes 164.
Aristoteles philosophiam in activam et contemplativam partitus 6.
Mathematicam ad contemplativam philosophiam revocavit ibid.
Aristotelis loca 5. 6. 28. 29. 50. 150. 187. 189. 311. 312.
Ἀῤῥεψια Scepticorum 212.
Athenaeus 44. 82. 139. 170. 181.
Athenagoras 156.
Athenienses, mortuo Alexandro M. sub Perdicca deficiunt 251.
Atomi. Eas coloris expertes voluit Epicurus 300. 301.

Eaſdem in ſenſus non cadere ob ſui parvitatem 261. 300. 301.
Earum ideam tamen cogitando facile percipi 261. 262.
Attalus Philetaeri frater 74. 75.
Attalus, Attalo Philetaeri fratre genitus, Pergami regnat poſt Eumenem patruelem 74. 75.
Atticus Platonicus apud Euſebium 3.
Auditionis ſenſum quomodo fieri velit Epicurus 297. 298. 299.
Auguſtinus 278.
Αυτος εφα, quod in proverbio erat, uſurpari coeptum de Pythagora philoſopho; non de Pythagora muſico 162, 163.

B

Barthius refutatus 92.
Baſnagius Henr. Meibomi laudator notatus 326 327.
Baylius reprehenſus 185. 188.
Bionis dictum 81.
Eiuſdem carmina de Archyta muſico 82.
Boethus Stoicus, ſententiam de immortalitate mundi amplexus 143.
Bonum. Definitio boni ex Diogene Babylonio 136.
Bonum non eſt in homine, niſi ratio perfecta in illo inſit ibid.
Indocti ac infantes boni capaces non ſunt ibid.
Bonorum ac malorum, partitio 137.
Bruckerus caſtigatus 61. 62. 184. 185. 188. 203. 204. 206. 345.

C

Cadena urbs, patria Menodori, idem ac Καδοι 67.
Callimachus 89.
Caſaubonus Is. correctus 15. 37. 70. 92. 199. 216.
Caſaubonus Mer. notatus 57. 58. 116. 187. 188. 189.
Cauſſalis enunciati veritas ac falſitas in quo poſita 109.
Chilo. Anacharſidi ne an Chiloni oraculum de ſophorum ſapientiſſimo redditum 16. 17. 18.
Eius pronunciatum de non fidejubendo, dictis

etis Scepticorum conſentaneum 210.
Choliambici verſus 85.86.
Chryſippus. Libri ab eo compoſiti inſcriptio 160
Cicero a Meibomo reprehenſus 323.
Cicero 11. 78. 108. 141. 142. 186. 193. 216. 232. 233. 277. 283. 313. 322.
Circulus, qui dicitur, vitioſus 221.
Cleanthes Stoicus negat, voluptatem eſse ſecundum naturam 122.
Cleanthes Samius 150.
Clemens Alex. 85. 100. 145. 284.
Clericus Ioan. indicatus xxxv.
Impugnatus 104.
Clitomachus. An auctor ſectae dialecticae 8. 9.
Converſio enunciationum 111.
Crates. Ejus in veſtitu negligentia 100.
Creechus caſtigatus 267.
Croeſus. Ad eum epiſtolae quae feruntur
Solonis 24.
Anacharſidis 26.
Cuperus refutatus. 32.33.
Cupiditas animantis an primo in voluptatem feratur 121. 122.
Brutis cupiditatibus ratio ſervire non debet: ſed his in ſua commoda uti 126. 127. 130. 131.
An iis uti poſſit, tamquam inſtrumento quodam 130. 131.
Ob bonum animantis a natura tributae 126. 127. 131.

D

Decherus notatus 157.
Demetrius, cum ſocru rem habens, caeſus 80.
Demetrius Phalereus auctor libri περι τȣ Διχȣ 88. 89.
Democritus. In cellam horto cinctam ſe abdit 198.
Ejus libri in certas claſses a Thraſyllo digeſti 203.
Eos Plato comburere voluit 200. 201.
Ejus opinio de anima 189.
Τα φαινομενα non eſse judicium veritatis credidit, quia reapſe non eſsent 235.
Rationem κριτηριον putavit 236.
Deus, Stoicis eſt per omnia intentus 153.
Iisdem idem, ac ratio omnia permeans 135.
Xenophanis de eo ſenten-

tentia 185. 187.
An Deos esse Epicurus putaverit 313.314. 315.
Δια, quî Stoici interpretati fuerint 153.154.
Dialectica. Ejus inventio Zenoni Eleati tributa 195.
Dialectici sermones ab Stoicis inambulantibus in porticu habiti 138.
Dialectica ab iisdem magno in pretio habita 118. 119.
Dialectica secta, Megaricae propago 8.
Clitomachus ne an Dionysius ejus auctor 8. 9.
Διαληψις 283. 284.
Dialogus. Ab Zenone Eleate inventus 194.
Διαφορȣμενον αξιωμα 105. 106. 107.
Διαφορȣμενος συλλογισμος 108.
Διαττοντες 30. 31.
Dievchidas. An scripserit, Homerum a Solone magis, quam a Pisistrato illustratum 19. 20.
Dio. Ab eo pecunia ad Annicerim missa ad Platonem redimendum 43.
Diogenes. Ei quid responderit Apollo 92. 93. 94.
De eodem ad Antisthenem ingresso historiola 90.
Statuas nivibus conspersas amplexatur 96.
Mortuus, quomodo repertus 98.
Feminas communes esse debere censuit 96.
Diogenes Apolloniates. De eo loquutus Philo non est 145. 146.
Stoicis multo antiquior ibid.
Diogenes Babylonius: a Stoicis descivit, ac mundi immortalitatem probavit 143. 144. 145.
Ut bonum definiverit 136.
Dionysius. An ab eo dialectica secta 8.
Chalcedonius ne fuerit, an Carthaginensis 9.
Δοκος, trabs ad genus των μεταρσιων pertinens 88. 89.
Δοκος, *opinio*, poëtica vox est 89.

E

Eclipticus orbis 151. 152.
το Ηδομενον voluptas 326.
Εγγραμματος et αγραμματȣ φωνη 40.
Εγκαταλειμμα τȣ ειδωλȣ, quid habendum sit 278.
Εισοχαι et εξοχαι 231. 282.

Digitized by Google

Εκαστοτε 78.
ὁ Ηλιακος και ὁ δια μεσων, quis 151. 152.
Ηλιοκαιαι quae sint 102.
Empedocles. Ejus epigramma 167.
Ejusdem philosophiam quibus verbis expresserit Themistius 4. 5.
Εναργειαν, quam dixerit Epicurus 284.
Enunciatum caussale, qua ratione sit verum, qua falsum 109.
Enunciatorum conversio 111.
Enunciatum διαφορȣμενον quale sit 105. 106. 107.
Constans ex αξιωματων διαφεροντων quid ibid.
Enunciati connexi veritas aut falsitas 114.
Επιβολη 277.
Επιβολη φανταςικη 283. 284.
Epicteti praecepta beatum hominem faciunt; quamvis totus aliquando esset interiturus 129. 130.
Epicurus. Quid ad Themistam scripserit 253.
Ejus testamentum 255. 256. 257. 258.
Hortos discipulis relinquit, quo in iis philosophiae operam dent 257. 258.
Επιμαρτυρησις et αντιμαρτυρησις quid 289. 290. 291.
το Επιπολης 266. 267.
Επιτυγχανειν 78. 79.
Εποχη. Quatenus eam Sceptici usurparent 240. 241. 242.
Ηρα aërem exprimit 155. Quomodo 156. 157. 158.
Eratosthenis vel Hipparchi locus 151.
Eretriaci a Menedemo denominati, originem a Phaedone ducunt 38.
Eretriaci sermones, qui essent 69.
Εςι Τοτε idem, ac Τοτε 28.
Etymologus 98. 157.
Eudamus condiscipulus Arcesilæ, Menodoro servo, quem amaverat, tumulum exstruxit 65. 66.
Eumenes. Philetaeri frater 74. 75.
Eumenes Pergami rex; Eumene genitus Philetaeri fratre 73.
Adoptatus a Philetaero, ac regni heres relictus 74. 75.
Euripides 83.
Mundum in nihilum interire negat 146. 147.
Eusebius 2. 155. 173. 179.
Eustathius 66. 181.
Ευτυχιας Platonica definitio 49.

F

FAbricius Alb. 76. 105. 177. 177.
Idem notatus 245. 294. 295.
Falsitas an visis seu phantasiae conveniat a 279. ad 288.
Falsitas opinionis in quo posita, ex Epicuro a 289. ad 293.
Favorinus 15. 253.
Ficinus reprehensus 48.
Finis juxta Stoicos, congruenter naturae vivere 135.
Quam voluptatem finem esse diceret Epicurus 307. 308.
Floridi error 193.

G

GAlenus 283.
Gassendus castigatus 251. 252. 253. 255. 256. 259. 260. 266. 270. 271. 275. 277. 278. 279. 286. 288. 293. 298. 301. 303. 305. 306. 317. 318. 319. 321. 322. 325.
Gelenius Origenis interpres correctus 144. 147. 206.
Geminus 149.
Gesnerus emendatus 32. 83. 156.
Graeca lingua. Ob ejus cognitionem philosophus factus Anacharsis Scytha 25. 26.
Grotius reprehensus. 103.

H

HArduinus refutatus 6.
Harpocration 84.
Helladius. Eius τω χρηστομαθειων libri iambicis versibus scripti 87. Ex his quidam versus de Hermia sumptus ibid.
Hephestion 59.
Heraclitus. Eius philosophia Ionicae musae a Themistio dicta 4. 5.
Ejusdem mors 171.
Unum rerum principium statuit, ignem 173.
Cuncta πυρος αμοιβην dixit ibid.
Heraldus. Des. 96.
Hermias εν διασυρμῳ 173. 227.
Hermias eunuchus. In eum Theocriti Chii epigramma 83. 84.
Ερμιας ne an Ερμειας scribendum 84. 85. 86. 87.
Hesiodus a Xenophane castigatus 177. 178.

Hesy-

Hesychius 78.93.1°o.207.
Hesychius Milesius 79.
Hipparchus. V. *Eratosthenes*.
Hipparchus filius Pisistrati. Auctor legis de recitandis Homeri carminibus, a Platone factus 20.
Hipponactis aetas 85.
Hipponactei versus 85. 86.
Holstenius refutatus 38.
Homerus 83.
A *Xenophane* carpitur 177. 178.
Eius carmina Athenis quinto quoque anno, festo Panathenaeorum alternis recitari solita. Solonis lex 19. 20.
An eius poëma Soloni plus, quam Pisistrato debeat ibid.
Homo. Nequit jucunde vivere, nisi honeste vivat 316. 317.
Ejus anima immortalis 129. 130.
Etiamsi vero periret totus, extincto corpore; tamen ex Epicteti praeceptis vitam instituens, felicitatem consequitur 129. 130.
Corpus qui curat, is hominem non curat 133.
Homini secundum rationem vivere, est vivere secundum naturam 124.
Homo παντων χρηματων μετρον ex sententia Protagorae 226. 227.
Non est boni capax, nisi absoluta ratione praeditus 136.
Eius vita quot annis a Solone definita 22.

I

Iambici versus, alii ab Archilocho, alii ab Hipponacte inventi 85.
Iambos an scripserit Xenophanes 177. 178.
Ignem rerum principium posuit Heraclitus 173.
Quomodo omnia ignis vicissitudine constare dixerit 173. 174.
Immortalis mundus a quibusdam Stoicis habitus 143. 144. 145.
Stultum est putare, in nihilum interiturum esse 146. 147.
Inscribere alicui, de epistolis ac de libris dici 77. 78.
Ioannes grammaticus 189.
Ionica secta 4. 5. 6.
Ionicae musae ibid.
Ionsius 9.

Italicae musae 4. 5. 6.
Italica secta 4. 5. 6.
Imagines e corporibus perpetuo fluentes ex Epicuri opinione 266. et deinceps.
Eae sub sensus non cadunt. Curnam 267. 268. 269. 270.
Servatur in his eadem corpusculorum positio, quae est in corporibus, unde exsistunt 268. 269.
Sunt etiam imagines, seu coitiones quaedam atomorum, quae in aëre circumfuso momento fiunt et pereunt. 271.
Effigies, quae e corporibus fluunt, sunt colore ac forma similes rebus ipsis 274. 275.
Per has imagines res externae formam suam in animis consignant 272. 273. 274.
Rerum formae in animis per has imagines impressae quomodo rebus ipsis omnino similes sint 275. 276. 277.
Julianus imper. 91. 93.
Julianus juris peritus 112.
Juno. V. Ηρα.
Jupiter. Stoicis spiritus est per omnia permeans 153.
Graeci nominis vis ac significatio 154. 155.

K

Κ Αδαναδη 67.
Κατατεινομενον 171.
Kuhnius castigatus 32. 35. 88. 95. 100. 106. 107. 116. 134. 173. 188. 200. 215. 216. 234. 251. 252. 260. 272. 282. 299. 317. 318.
Kusterus notatus 87. 110. 171. 212.

L

L Actantius 26.
Laërtius παρεμβεβλημενοις refertus 21.
Ejus epigrammata ut plurimum invenusta. 54.
Ejusdem Παμμετρον 59.
Mendae pleraeque, quae in illo sunt, antiquissimae 99.
Ejus obscuritas ac negligentia 248.
Lambinus reprehensus. 267.
Λαμπαδιζαι 204.
Lamprias Plutarchi filius 58.
Lipsiensium eruditorum acta ann. 1692. indicata xxxv.

Li-

Lipsius refutatus 144.
Loëscherus correctus 75.
Logica. V. *Dialectica*.
Lucianus 247.
Lucretius 270. 304. 305.
Luna quando deficiat 149. 150. 151. 152.
Quando in plenilunio esse dicatur 149.
Ejus motus κατα πλατος et κατα μηκος 151.
Obliquus ut ad solem refertur 150.
το Λυπȣμενον 326.

M

MAgentinus Leo 108.
Mala. Malorum ac bonorum partitio 137.
Mangeyus emendatus 144 145.
Mathematica ad philosophiam contemplativam ab Aristotele cum Themistio relata 56.
Maurinus monachus, Athenagorae interpres reprehensus 157.
Megarici et Megarica secta 37. 38. 39.
Meibomus castigatus 17. 22. 26. 27. 30. 34. 85. 38. 41. 43. 46. 52. 55. 61. 62. 64. 65. 66. 69. 76. 78. 79. 83. 84. 95. 102. 105. 111. 118. 166. 170. 175. 185. 188. 200. 203. 204. 210. 211. 215. 217. 221. 225. 227. 231. 233. 234. 237. 239. 251. 252. 259. 260. 266. 267. 271. 272. 273. 274. 275. 282. 283. 286. 297. 301. 302. 308. 309. 312. 313. 817. 818. 319. 820. 323. 326.
Melanthius pictor an de Polemone sit loquutus 62. 63.
Menagius notatus 2. 6. 7. 15. 37. 76. 80. 84. 88. 92. 121. 156. 176. 182. 188. 199. 218. 222. 230. 245. 249. 250. 275. 277. 322.
Menedemus apud regem Demetrium accusatus. 41.
Ab eo Eretriaci philosophi appellati 8. 38.
Menodorus patria Caduenus. Eudami servus, eique valde carus. Mortuo sepulcrum ab Eudamo exstructum. Idem ab Arcesila epitaphis ornatus 65. 66. 67.
Mens. V. *Anaxagoras*.
An ab anima distinguatur. V. *Anima*.
Morellius notatus 315.
Motus genera juxta diversas opiniones philosophorum 223.
Mundus a Deo animanti-

bus repletus ex Platone 46. 47. 48.
Vid. *immortalis*.
Musae. Ionicae. Siculae. Italicae. Socraticae 4. 5. 6.
Myso sapientissimus ab Apolline declaratus 16. 17. 18.
Timonem hominum osorem imitatus 247.

N

NAtura. V. *Animal*.
Νομισμα πολιτικον quid sit 94.
Numenii duo, Pyrrhoneus ac Pythagoricus. 205.
Pythagoreus multo Platonis, quam Pythagorae, studiosior 207. 208.
Ejus locus 69.
Νυκταλος quid Suidae. 98.
Νυςαλος quid exprimat. 98.

O

Ολον αθροισμα 321.
Opinionis veritas vel falsitas in quo posita ex Epicuro a 289. ad 298.
Origenes 207. 208.
Οξειαι συςασεις 271.

P

Παγκρεας 69.
Panaetius aliquas voluptates secundum naturam esse, alias non esse docet 122.
Idem immortalem esse mundum confessus 143.
Παρεσαρθρειν 306.
Parmenides Pyrethis filius 191.
Ejus sententia de anima 189.
Rogatiunculam, quae *Achilles* dicta, primus protulisse a Favorino fertur 196.
Parodiae. Quid sint 180.
An parodias Xenophanes scripserit 181. 182.
An Timonis silli parodiae essent 182.
Pausanias medicus. Ejus nominis interpretatio. 167.
Pausanias geographus 74. 75. 204.
Πενεςαι 66.
Pentameter dactylicus 59.
Περαινειν 253.
Περιπατησις 138. 139. 140.
Περιπατοι ibid.
Perizonius refutatus. 32. 33.
Phaeder 34.
Phaedo. Plures eius sectatores Eretriaci dicti 38.

Phantasia. V. *Visum*.
Philemon comicus 102. 103.
Philetaerus Pergami rex. V. *Attalus* et *Eumenes*.
Philo de Platonis pediculis 54.
Philo Judaeus 143. 144. 145.
Idem 146.
Philosophiae origines quot fuerint 1. 2.
An quatuor fecerit Themistius 2. 3. 4. 5. 6.
Philosophiae partes ib.
Eas primum disjectas Plato in unum congregavit ibid.
των Φιλοσοφουμενων auctor. 30. 186. 187.
το Φοβουμενον 325.
Photius 87. 224.
Pisistratus. Plus ne Solon, quam ipse, Homero lucis attulerit 19, 20.
ενΠλατει, vel παρατατικως, λεγεσθαι, quid sibi velit 111. 112.
Plato comicus Stoicos perstringens 139.
Plato dissipatam philosophiam collegit 3. 4.
Idem ab Anniceri redemptus: ab eodemque, hortulo in Academia donatus 48.
Democriti libros flammis tradere voluit 200. 201.
Platonis pediculi 54.
Ejus mendacia 44. 45.
Ejusdem dialogos Thrasyllus κατα τετραλογιαν partitus 203.
Quae eius fuerit sententia de natura siderum 47. 48. 49.
Plato V. Ηρα. V. *Jupiter*.
Plinius 67. 89. 187. 246.
Plutarchus an scripserit, Speusippum phthiriasi confectum 56. 57.
Idem 29. 58. 106. 150. 194. 247. 303. 311.
Polemo. Eius constantia ac contumacia quaedam 60. 61. 62. 63.
Solitudine delectabatur 247.
Portus Aemilius emendatus 212.
Posidonius sententiam de immortalitate mundi amplexus 143.
Potamilla an unquam in rerum natura fuerit 168. 169.
Potteri halucinatio 2.
Πρεσβευειν 207. 208.
Προπομα apud antiquos in usu ante coenam 170.
Προσφωνειν 76. 77.
Protagorae sententia 226. 227.

Prudentia. V. *Sapientia*.
το ἑξῆς Πυκνωμα 278.
Pyrrhonei. V. Sceptici.
Pythagorae quatuor iisdem temporibus viventes 163.
Pythagoras philosophus.
Ab eo proverbium, Αυτος εφα, ortum 162. 163.
Ejusdem arcana doctrina 162.
Ipsius philosophia, Italicae musae a Themistio dicta 4. 5.
Ejus epistola ad Anaximenem, quae fertur, 166.
Pythagoras carnibus athletas pascens 161. 162.
Pythagoras Phliasius σωμασκητης 165.
Pythagoras Zacynthius musicus 162. 163.

Q

Quintilianus 193. 232.

R

Ratio. V. *Anima*, et *Cupiditas*.
Ratio omnia pervadens, Deus 135.
Ratio κριτηριον erat Democrito et Heraclito. 237. 238.
Tantum ratione perfecta praediti, boni participes sunt 136.
Relata et absoluta 51. 52.

S

Salmasius refutatus, a pag. 119. ad 133.
Sapientia. Quid inter sapientiam ac prudentiam intersit 310. 311.
Utram pluris faceret Epicurus ibid.
Sapientum esse omnia: stultorum tamen quaedam dici 142.
Sapientis consilio maximas res administrari. 315.
Scaliger Jos. 178. 179.
Sceptici. Effatum, quo eorum haeresis nitebatur 214. 215.
Scepticorum decem loci 216. 117.
Secundus locus ex nationibus ac corporum constitutionibus acceptus 218. 219.
Eorum αποφασεις 210. 211.
His simile dictum Chilonis ibid.
Ipsorum απροπτωσια. 211.
Eorumdem αρρεψια 212.
Αφασια iisdem usurpa-

ta

ta 12.
An eorum disciplina, secta denominari possit 13. 14. 15.
Iis finis quis fuerit 243.
Quod discrimen statuerent inter ζητησεις δογματικας, et βιωτικας και τηρητικας 240. 241. 242.
Quomodo fidem τȣ φαινομενȣ tollerent. 228. 229.
Quomodo signum non cadere in sensus, efficerent 229. 230.
Quid Dogmaticis reponerent; qui quaedam ajebant probatione non indigere 225.
Frequenter usi exemplo turrium, quae, si procul adspiciantur, rotundae apparent, si propius, quadratae 237.
Iidem et exemplo imaginum, quae alia, quæ emineant, alia, quae recedant, habere videantur 231. 232.
Schurzfleischius Eusebiani loci corruptor 184.
Scipionis Gentilis erratum 193.
Secta
Cyrenaica 38.
Dialectica. Quis ejus auctor 8. 9.
Eliaca 8. 38.
Eretriaca ibid.
Ionica 5. 6.
Italica ibid.
Megarica 8.
Pyrrhonea. An secta dicenda sit 13, 14. 15.
Sicula 5. 6.
Seneca 136.
Serranus notatus 48.
Sextus Empir. 14. 89. 106. 186. 209. 210. 212. 215. 219. 221. 223. 224. 227. 229. 230. 235. 236. 237. 284. 287. 290. 291. 292. 293.
Siculae musae, et Sicula secta 4. 5. 6.
Silli a Timone Phliasio compositi 176.
An etiam a Xenophane 176. 177.
An fiant ex heroicis, elegiacis et iambicis versibus 176.
Silli Timonis, parodiæ erant 182.
Simplicius a pag. 125. ad 133.
Socrates. Aesopi fabulam versibus expressit 34.
Idem Xenophonti occurrens 35.
Socratici philosophi 39. 40.
Socraticae musae 5.
Solon. Ejus epistola ad Croesum 24.
An sub Pisistrati tyrannide

nide scripta ibid.
Ejus epigramma de annis vitae humanae 22.
Ejusdem lex de recitatione Homericorum carminum 19. 20.
Ea Hipparcho a Platone ac Aeliano tributa. ibid.
An Solon plus, quam Pisistratus, Homerum illustraverit ibid.
Spencerus emendatus 207.
Speusippus an ex pediculis mortuus 54. 55. 56.
Stanleyi errores 61. 62. 185. 203. 204. 245.
Stephanus Byzantius 67.
Stephanus H. castigatus 85. 96. 111. 113. 114. 193.
Stobaeus 139.
Stoici negant, animal statim ac natum est, ferri in voluptatem 120. 121. 122.
Alii voluptatem secundem naturam esse ajunt, alii negant; quidem aliquas voluptates naturae consentaneas, aliquas non esse docent 122.
Naturam non sibi discrepare in animantibus ac stirpibus 123. 124.
Ratione praeditis vivere secundum rationem idem esse dicunt, ac secundum naturam vivere 124.
Bonum non esse, nisi in eo, cui ratio absosuta insit 136.
Vivere secundum naturam, iisdem finis erat 135.
Quî bona ac mala partirentur 137.
Logicen quanti facerent 118. 119.
Jovem vel Deum putabant per omnem naturam intentum et commeantem 153.
Eundem ac rectam rationem esse 153.
Mundum ignescere ac iterum gigni docebant 144. 145.
In porticu deambulantes disputabant 138.
Iidem a *Platone* comico irrisi 139.
Strabo 9. 181.
Suidas 15. 78. 82. 84. 85. 86. 87. 91. 98. 99. 102. 162. 180. 249. 250. 253.
Συγκρισεις 218.
Sylburgius reprehensus, 74.
Syllas phthiriasi consumptus 56.
Syllogismus *διαφορουμενος*. 108.

Syl-

Syllogismi περαντικοι et απεραντοι 113. 114.
Συνεπιγραφεσθαι 145.

T

Tatianus 172.
Tatius Achilles. 31. 89. 152.
Τερμα 94. 95.
Thales: An de Ionica secta, quae ab illo orta est, Themistius sit loquutus 4.
Themistius 227.
Idem philosophiae partes quas fecerit 5. 6.
Ionicas ac Siculas musas quas dixerit 4. 5.
Theocritus Chius 84.
Theodoretus 153.
Theophanes physicus 184.
Thrasyllus. V. *Democritus* et *Plato*.
Thuillierus interpres Origenis notatus 206.
Timones duo. Phliasius, et qui dicebatur μισανθρωπος 245. 246.
Timo μισανθρωπος, magni nominis philosophus 246.
Nulli sectae addictus 249.
In hortis vel agris, procul a frequentia hominum, vitam agens 246. 247.
Τιμωνειον διαιταν quam diceret M. Antonius. 247.
Timo Phliasius sophistes ac poëta 246.
Pyrrhonis sectator 250.
Quem finem esse vellet 244.
Ejus versus 27. 44. 68. 69. 70. 193. 194. 195.
Idem sillorum auctor. V. *Silli*.
Trajicientes stellae 30. 31.

V

Valesius Henr. Ejus erratum 207.
Vallius Aristotelis interpres emendatus 29.
Vallarsius castigatus 184.
Veritas Anaxagorae sepulcro inscripta 33.
Veritas opinionis in quo consistat a 289. ad 293.
Veritatis judicium Democrito non erant τα φαινομενα; sed ratio 235. 236.
Vigerus Franc. refutatus 71. 244.
Visa omnia in animos impressa, vera esse juxta Epicurum a 279. ad 288.
Etiam dormientium. ibid.
Quo modo vera sint ib.
In quo falsitas sit posita

ta ibid.
Eam tantum esse posse in opinione, quae visis adjungitur ibid.
Vita hominis quot annis constet ex Solone 22.
Vitiosus circulus qui vocatur 221.
Ulpianus 112.
Voluptas. Ejus definitio 140.
Prima appetitio animanti tributa, non est voluptatis ex doctrina Stoicorum 121. 122. 123.
Sit ne voluptas secundum naturam, an non 122.
Quam voluptatem finem esse diceret Epicurus 308. 309.
Non posse jucunde vivi, nisi honeste justeque vivatur 316.
Voluptates non coacervari, videtur sensisse Epicurus 320.
Rursus voluptatum differentiam esse 322.
Contra Cyrenaici voluptatem a voluptate non differre putabant ibid.
Vossius Ger. Jo. correctus 176.
Vox litteris constans, propria hominum: litteris non constans, brutorum animantium 50.

X

Xenophanes. Opiniones suas versibus tradidit 184.
Quae carminum genera usurpaverit 175. 177.
An sillos scripserit 176. 177.
An iambos 177. 178.
Homerum et Hesiodum insectatus 177, 178.
An tragoediarum auctor 179.
Nomen ob parodias ac sillos habuit 181.
An, qui ei tribuuntur, silli ac parodiae idem sint 182.
Ejus sententia de Deo 186. 187.
De anima 188. 189.
Ejusdem versus quidam 186. Alter 187.
Xenophonti occurrens Socrates, eum paullisper in angustia tramitis moratus 35.
Xerses a patre Democriti hospitio acceptus 197.

Y

ἡ Ὑπατη et ἡ νητη quid sint 82.
Ὑποπτωσις 295.

Zeno

Z

ZEno Eleates. Filius natura Teleutagorae, adoptione Parmenidis 191.
Parmenidis discipulus ac παιδικα 191. 192.
Cur vocatus Αμφοτερογλωσσος, et *dictionem ambifariam dissolvisse* feratur 193. 194.
Vehemens disputator. 194. 195.
Forsan ab eo dialectica inventa ibid.
Argumentationem, quæ *Achilles* appellatur, primus protulisse traditur 196.
Zeno Stoicus. In porticu inambulans disserebat 138.
Ficubus aliisque cibariis non coctis usus 102.
Irrisus a Philemone 103.
Dialecticam compressae in pugnum manui, rhetoricam explicatae similem dicebat 193.

FINIS.

ERRATA CORRIGE.

		Errata	Corrige
P. XIII.	V. ult.	ado'escientium	adolescentium
9.	V. 10.	Καλκηδονιος	Χαλκηδονιος
13.	V. 17.	πατα	κατα
49.	V. 11.	Καθορθων	Κατορθων
49.	V. 12.	Καθ᾽ορθον	Κατ᾽ορθον
49.	V. 14.	Καθ᾽ορθον	Κατ᾽ορθον
94.	V. 18.	παραχαξαι	παραχαραξαι
143.	V. 18.	νυτομολησαν	ηυτομολησαν
219.	V. ult.	μαρηλλαγμενας	παρηλλαγμενας
287.	V. 5.	Καδ᾽ὑπιȣς	Καθ᾽ὑπνȣς

BIBLIOTECA R. BONGHI

810,528

MAG 2016297

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google